















EX BIBLIOTHECA



CAR. I. TABORIS.



omniũ añ.ʒ.ij.reubarbari.ʒ.iiij.spodij ros.cũ capitib⁹ suis lacce gũmi torrefacti karabe omniũ añ.ʒ.v.seminis acetose torrefacti.ʒ.vi.crete romane.ʒ.vij.fiant trocisci. ¶ Descriptio alia bona. ℞. ros.rubeaꝝ.ʒ.vi. berberis gũmi seminis acetose omnium añ.ʒ.iiij.spice eupatorij spodij amili seminis portulace granoꝝ cucumeris omniũ añ.põdus.ʒ.ij.seminis endiuie seminis cuscute omniũ añ.ʒ.i.ʒ.succi ligritie.ʒ.i.lacce reubarbari amboꝝ.añ.ʒ.ʒ.aggregent illa ⁊ fiát trocisci. ¶ Pillule bõe ad hác egritudiné ⁊ oẽs cronicas ⁊ febres ledentes viscera ⁊ ꝓprie qñ mã flegmatica est magis vincẽs. ℞. aloes masticis myrabolanoꝝ citrinoꝝ reubarbari succi eupatorij succi absynthij ros.rubeaꝝ.omniũ añ.ptes eq̃les croci ptẽ mediá fiát pillule cũ aqua endiuie ⁊ sit dosis.ʒ.ij.cũ sirupo acetoso. ¶ Descriptio bona cõueniẽs ꝓpe vel post digõnẽ. ℞. aloes masticis succi absynthij ros.omniũ equaliter croci.ʒ.ʒ.informent pillule cũ aqua endiuie ⁊ sit dosis.ʒ.ij.cũ sirupo acetoso.

¶ De recidiuatione. Capitulum.20.

Recidiuatio est deterior radice ⁊ consilium quidem est vt in ea nõ sit inceptio ad curandum donec manifestus sit modus egritudinis:nam ꝺm plurimum est seua.

¶ Incipit Fen tertia de apostematibus ⁊ pustulis.

¶ Tractatus primus de illis que ex eis sunt calida ⁊ corrupta.

¶ De sermone vniuersali de apostematibus. Capitulũ primũ.



Iam locuti fuim⁹ in lib.pri̇o de apãtib⁹ ⁊ spẽb⁹ eoꝝ:⁊ curis ipsoꝝ sermõe vl'i ad quẽ redire oꝫ illũ qui vult audire qd̃ nũc loquemur. In hoc aũt loco loquemur de eis sermonẽ pticularez. ¶ Dico ꝙ oẽ apã ⁊ pustula aut est calidũ aut nõ calidũ.⁊ apã calidũ aut est a sanguine ⁊ qd̃ currit cursu eius:aut a colera ⁊ qd̃ currit cursu ipsius. Et qd̃ est a sanguine aut a sanguine laudabili aut sanguiẽ malo:⁊ sanguis laudabilis aut est grossus aut subtilis. ¶ Et factum q̃dẽ a sanguine laudabili grosso est flegmon que accipit carnẽ ⁊ cutẽ simul ⁊ est cũ pulsatiõe. ¶ Et

a subtili flegmon q̄ accipit̄ cutē solā ꝛ est spina ꝛ non est cū pulsatione. ¶ Et v̄o a sanguine grosso malo fiūt spēs exituraꝝ malaꝝ. Nā si eius malitia vehemēs fiat ꝛ ipsi⁹ adustio ꝑueniet herisipilla ꝛ veniet combustio ꝛ crusta: ꝛ vterio: ea est ignis ꝑsicus. ꝛ a subtili malo accidet flegmon q̄ declinat ad herisipillā cū malitia ꝛ fraudulentia. ⸿ Si aūt fuerit sbtilior erit herisipilla flegmōides. ꝛ qn̄ fuerit ei⁹ malitia maior erit herisipilla hn̄s inflationes ꝛ vesicas ꝛ combustionē ꝛ crustam. ⸿ Colericū aūt aut est colera subtili valde que non continet̄ in eo qđ sit magis intus q̄ illud qđ apparet de cute ꝛ est acuta ꝛ fit ex ea formica: aut ambulatiua sola ꝛ est subtilior: aut ambulatiua corrosiua ꝛ est mala: aut ex colera grossiore illa ꝛ est minoris caliditatis: ꝛ continet̄ magis intus q̄ prima in cute ꝛ est q̄si sit in ea flegma: ꝛ fit ex ea formica miliaris ꝛ ē minoris inflāmatiōis ꝛ tardioris resolōnis: ꝛ si fuerit materia grossior ꝛ veterior accidet formica corrosiua: ꝛ si pertransierit in grossitie sua vsq3 ad substantiam sanguinis ꝛ si fuerit mala: accidet herisipilla mala ꝛ in omnibus illis materia est subtilis q̄uis diuersificetur post illud ꝛ fit ꝑpter subtilitatem suā ꝙ expellit eam natura ꝑpria ꝛ non retinet̄ in aliquo nisi in cute ꝛ qđ approximat ei. ⸿ Et quādo multiplicatur materia apātis calidi ꝛ magnificatur apa: tunc est de summa apatum caumatū ꝛ mortificantiū: ꝛ de summa predictoꝝ est que dicit̄ barachlen. ꝛ iste species male ꝛ que eis similātur multiplicātur in anno pestilētie. ¶ Et de apostematib⁹ calidis illa sunt mala que nō excitātur vel nō perueniūt ad declinationem quā sequūtur leuitas ꝛ detumitio: neq3 ad aggregationem materiei: imo ad corruptionem mēbri: ꝛ non semper fit a magnitudine apātis ꝛ multitudine materiei. imo fit quādoq3 a malignitate materie. ⸿ Et scias ꝙ apostemata parum fiunt singularia pura: s3 plura eorum sunt composita. ¶ Et scias ꝙ omne apostema in exteriorib⁹ cum quo nō est pulsatio nō facit sanīē: de intrīsecis v̄o iā locuti fuim⁹.

¶ De flegmone. Cap.1.


Iam scivisti flegmonem ꝛ signa eius ex caliditate ꝛ inflammatiōe ꝛ additione quātitatis ꝛ in tēsione ꝛ impulsionē ꝛ pulsatione si ē submersa vel qꝛ est propinqua arterijs: ꝛ membrum in quo est tale ē cui aduenīunt nerui quibus sentit non plus q̄ sensibilitas sicut sciuisti dispositionem eius. ¶ Et quantoplus fuerint arterie maiores ꝛ magis grandes erit pulsatio eius ꝛ ipsius dolor vehementior ꝛ eius resolutio aut ipsius collectio velocior. ¶ Et cum flegmon est in membro sensibili sequitur ipsum dolor vehemens qualitercunq3 fit: ꝛ comitatur ipsu3 vt appareant vene illius membri parue que erant occulte. ⸿ Et scias ꝙ nomen flegmonis in lingua grecorum est absolutu3 super omne qđ est inflammatum: deinde dicitur de omni apostemate calido: postea dicitur de eo quod est ex apostemate calido cu3 proprietate predicta: ꝛ nō caret inflammatione propter coartationem sanguinis ꝛ opilationem meatuum. ¶ Et parum quidem contingit vt flegmon sit simplex: sed ſm plurimū ei associatur herisipilla aut durities aut neruositas: ꝛ ha-

het causas de quibus sunt antecedentes corporee ex repletione aut malitia humorum cum debilitate membri recipientis licet non sit repletio neqꝫ malitia humorum. ¶ Et de eis sunt primitiue sicut contusio aut incisio aut fractura aut dislocatio aut vlcera q̄ multiplicantur in membro quare declinat ad ipsum materia propter dolorem ꝛ debilitatem: ꝛ fortasse declinant ad ipsum materie ꝛ retinentur in vijs que sunt debilitatem: et fortasse declinant ad ipsum materie et retinentur in vijs que sunt debiliores sicut accidunt cuꝫ vlceribus et scabie apostemata in locis vacuis. ¶ Et augmentum quidem eius declaratur additione magnitudinis ꝛ tensionis: ꝛ status ipsius per finem eius: et illic aggregatur materia si debet aggregari: et declinatio incipit tendere ad lenitatem et debilitatem: et mala est que non tēdit ad declinationem neqꝫ aggregat saniem: et huiusmodi quidem perducit ad mortem membri et putrefacit ipsum. ¶ Et multotiens quidem fit illud propter magnitudinem apostematis et multitudinem materiei ipsius: et multotiens fit illud causa malignitatis materiei si apostema fuerit paruum. ¶ Et tu quidem scis illud quod rarificatur: quoniam pulsatio incipit in intensionem et inflammatio incipit in sedationem: et scis illud quod aggregatur per additionem pulsationis et caliditatis et fixionem vtriusqꝫ. ¶ Et scis illud quod putrefit propter digestionis difficultatem et tenebrositatem et vehementiam tensionis. ¶ Et scias ꝙ dum non submergit naturam materia non peruenit ex ea apostema et respirat per ignē eius quod apparet exterius. ¶ Et scias ꝙ quando vicinantur pustule demenuliati indicant demenul malignum. ¶ Et oportet vt in potu tribuatur habenti apostemata interiora aqua endiuie et aqua solatri cuꝫ medulla cassiefistule.

¶ De cura flegmonis. Cap. 3.

Cum accidit flegmon a cā primitiua nō deest quin aut causa p̄mitiua et eius vestigium inueniat mundificationem corporis aut repletionē. ¶ Qd̄ si obuiet mūdificatiōi nō est necessariū nisi curatio apostematis inq̄ꝑtū est apostema: et curatio ap̄atis inq̄ꝑtum apostema est extractio materiei extranee que facit accidere ap̄a: et illud fit per mollificatiua et resolutiua leuia sicut emplastrū de farina tritici cocta cuꝫ aq̄ et oleo: et q̄n̄qꝫ excusat scarificatio laborem et ꝑprie quādo ap̄a est multe materiei. ¶ Cum auteꝫ inueneris corporis repletionē tūc opꝫ vt non tāgas ap̄a cū mollificatiuis q̄m̄ attrahet ad ip̄m supra q̄ᵭ resoluat ab eo: imo opꝫ vt euetur materia p flobotomiā et fortasse idiget solone vētris: et cū feceris illud administra mollificātia. ¶ Et eius q̄dē curatio ē proxima curatiōi ei⁹ cui⁹ cā primitiua iuenit mūdificationē corporis: et differt ab ea in hoc ꝙ nō indiget curatiōe cū repercussione p̄lima in p̄cipio sicut idiget illa imo min⁹ illa. ¶ Cū aūt cā eit antecedēs nō primitiua tūc opꝫ vt icipias cū eūone et cōple ei qd̄ meret ex flōmia et ex solone vētris si indiget ea: et necessitas q̄dē ei⁹ ē aut q̄m̄ corp⁹ est imundum aut quoniam egritudo est magna: quare necessaria ē euō et mino-

ratio materiei ⁊ attractio ad cõtrariũ.¶ Et licet corpus nõ sit multarũ
supfluitatũ:tamẽ in membro qñq3 aduenit qd ipsum debilitat q̃re at,
trahunt ad ipm materie corporis:l3 nõ sint materie supfluitatis.¶ Et
oportet vt obserues cõditiones p̃dictas in hoc ex etate ⁊ tpe ⁊ regione
⁊ alijs.¶ Et incipe cũ repcussiuis nisi in locis q̃ cõditionauimus in li,
bro p̄mo.Deide oppone augmẽto cũ intromissiõe mollificatiuo⁊ ⁊ hu
mectãtiũ cũ refrenatiuis:⁊ q̃tum pcedit in augmento pcedas in addi
tione mollificatiuo⁊ paulatiz.⁊ apud finẽ ⁊ statũ ⁊ vltimitatẽ magnitu
dinis ⁊ additionem sue vltimitatis fac vincere mollificãtia ⁊ fac ea pu
ra:⁊ exiccantia sunt que sanãt in fine:verũ humectantia ⁊ mollificãtia
sunt ad dilatãdos poros ⁊ ad sedandũ dolorem.¶ Et exiccatiuũ est il
lud qd sanat ⁊ phibet remanere aliqd qd fiat sanies.Si autẽ non sanat
integre ⁊ dimittit aliqd non relinqt nisi rem modicã quã resoluit illud
in quo est acuitas.¶ Et qñq3 accidit ex refrenatiõe vehemẽtia doloris
propter suffocationez materiei ⁊ soliditatem mẽbri.¶ Et qñq3 accidit
ex ea reditus materiei ad mẽbra p̃ncipalia:⁊ qñq3 accidit vt induretur
apa:⁊ accidit qñq3 vt incipiat membrũ tendere ad viriditatẽ ⁊ nigredi
nem ppũe quãdo medicaꝛ cũ eis in fine rei ⁊ prope statũ.¶ Et scias q
vehementia doloris facit te indigere medicinis mollificantibus absq3
attractione ⁊ fortasse erit cum eis infrigidatio non prohibens mollifi,
cationez.¶ Ex reditu vero materiei ad membra p̃ncipalia securat eua
cuatio nisi quãdo illud qd puenit ex eis est fm semitam expulsiõis ex
eis:⁊ sunt mẽbra recipientia ab eis sicut euacuatoria illorum:illic enĩ
non est via ad repellendũ ⁊ expellendum penitus:⁊ nos iam verificaui
mus ista in loco suo.¶ Et cum timetur vt declinet ad duritiem admi,
nistra mollificantia in qbus est calefactio ⁊ humectatio cum fortitudi,
ne.Medicine aũt repercussiue sunt que sunt medie sicut succi herba,
rum frigidarum quas multotiens diximus in locis alijs sicut succus
portulace ⁊ cucurbite ⁊ endiuie ⁊ virge pastoris ⁊ aliarum ⁊ succus so,
latri proprie ⁊ corpora eorum contrita preparata ad emplastruz ⁊ suc,
cus psilij etiam ⁊ ceratum cũ aqua frigida:⁊ fortasse excusat laborez in
eo spõgia infusa in aceto ⁊ aqua frigida:⁊ chechengi est fortis in p̃nci,
pio:⁊ similr cortices granato⁊ ⁊ semperuiua ⁊ sauich decoctũ valde ⁊
proprie cũ aceto mixto aut sumach:⁊ tilub est bonũ iterũ:⁊ si idiget for
tiore illo adde in eis sandalũ ⁊ acatiã ⁊ memithe ⁊ faufel ⁊ iusquiamũ
albũ:⁊ herba que noiatur herba apatũ est in p̃ricipio valde bona.⁊ qñ,
q3 iuuatur eius desiccatio ⁊ stipticitas cum croco:⁊ humectatio in prin
cipio est timorosa.¶ Et quando cadit superfluitas in infrigidatiõe for
tasse perducit ad corruptionem membri ⁊ corruptionem humoris con,
stricti in apostemate ⁊ tendit apostema ad viriditatez ⁊ nigredinẽ.Si
ergo timueris aliqd de hoc tũc emplastra locũ cũ farina ordei ⁊ volu,
bili ⁊ in quo est mollificatio.Si vo apparet aliqd de hoc tunc scarifica
locũ ⁊ excoria ipm ⁊ nõ expectes collectionẽ neq3 maturationẽ:⁊ illud
qñ vides illud qd effusum est plurimũ valde ⁊ fortasse moritur mem.



brum:⁊ scalpellationis alia est magis apparēs ⁊ alia magis profunda:
⁊ illud est ẜm locum apostematis ⁊ dispositionē membri:⁊ cum scalpel-
laueris tūc embroca cum aqua maris ⁊ reliquis aquis salsis: ⁊ empla-
stra cū eo in quo est mollificatio:⁊ si non indiges rarificatiōe ⁊ embro-
catione sis cōtentus mollificatiuis. ¶ Et scias ꝙ administratio eorum
que fortiter repercutiūt in primis ⁊ eoꝝ que fortiter resoluūt in fine est
mala. caue ergo q̄tum potes. Infrigidatio enim vehemens ꝑducit ad
illud quod sciuisti:⁊ aqua frigida simil'r est de illis que opꝫ cauere nisi
in eis que sunt sicut herisipila:⁊ in resolutiōe vehementi accidit dolor.
¶ Si ergo volueris regere in principio cū sedatione doloris nō appro
ximes eis aquā calidam ⁊ olea mollificantia ⁊ emplastra facta ex hmōi
medicinis:ipsa enim vehemēter sunt cōtraria ei qđ est necessariū de ꝓhi
bitione effusionis. ¶ Et redeas ad bolū armenū solutū in aqua frigida
aut cū oleo ro. ⁊ melius oleū ro. est illud qđ est ex rosis ⁊ oleo: in oleo
quippe est resolutio q̄dam:aut lentes decoctas cū rosis:aut merdasen-
gi cū oleo ro. Si vero ista non valēt ⁊ que eoꝝ cursu currūt administra
volubilem:qm̄ ipsa est vehementis iuuamenti in principio ⁊ statu:⁊ al-
sirengi ⁊ alhasce ⁊ apium ⁊ albedarūgi similiter. ¶ Et multotiēs qđeꝫ
sedat dolorem vinū dulce mixtū cū oleo ro. imo congelatū vue ⁊ paruꝫ
cere super lanam aut lana ysopi infrigidata in estate tepefacta in hye-
me:aut spōgia infusa in vino stiptico aut aceto aut aqua frigida:⁊ cro-
cus ingredit̄ in sedatione doloris. ¶ Cū ergo vides inceptionē aposte-
matis incedere itinere exiture tūc dimitte infrigidationem ⁊ incede in
viā eius qđ maturat ⁊ aperit. ¶ Cū autem apostema peruenit ad statū:
tunc necessaria sunt qualia sunt anetū ⁊ camomilla ⁊ maluauiscus ⁊ se
menꝫ lini ⁊ similia:imo emplastra que nominant̄ basilicon ⁊ que nomi-
nant̄ diaquilon. ¶ Et emplastrū de colcotar exiccat absq̄ dolore:⁊ ꝓ-
pter illud est eius administratio incōueniens cū fit inflāmatio flegmo-
nis:⁊ est cōueniens quādo nō timet̄ aggregatio. ¶ Et melius est vt po
nas super ipsam desuꝑ lanam infusam in vino stiptico. ¶ Et caro min⁹
indiget exiccatiōe q̄ neruus:qm̄ neruus nō redit ad suā cōplōnē cum
exiccatiōe parua:⁊ caro minoris exiccatiōis ē q̄ paucioris hꝫ arterias.
¶ Et multotiēs qđē cadit necessitas scalpellādi ante maturationem.
¶ Et multotiēs ingeniat̄ in attrahēdo apā ex mēbro nobili ad ignobi-
le cū attractiuis:deīde curat̄ ⁊ aperit̄. ¶ Et de apātib⁹ calidis q̄ idigēt
saniositate emplastret̄ caput eius cū psilio ⁊ cū extinctiuis i circuitu ei⁹
⁊ liniat̄ ex epithimatib⁹ ⁊ emplastris cū pēna qm̄ digiti ledūt ipm.

¶ De herisipila ⁊ speciebus eius. Cap. 4.

Iam sciuisti causas herisipile ⁊ species eius in libro primo:⁊ ille ex
quibus discernitur ex flegmone sunt: quoniam herisipila magis
apparentē hꝫ rubedinē ⁊ puriorem:⁊ ex flegmone appet rubedo ad ni
gredinē decliuis aut viriditatē:⁊ plurimū coloris eius est occultū in ꝓ
fundo. ¶ Et rubedo herisipile destruit̄ per tactū statiꝫ ⁊ albet ei⁹ locus
cā subtilitatis materiei rubee aut sepatiōis eius:deinde redit velociter

⁊ non similiter est rubedo flegmonis: ⁊ vides in rubedie herisipile co/
lorem croci ⁊ citrinitatē ⁊ non vides illud in rubedine flegmōis. ¶ Et
apā herisipile non fit nisi in eo qđ apparet de cute ⁊ flegmon ꝓfundat
in carne etiā. ¶ Et herisipila est pura: ⁊ nō est ita flegmon ⁊ puenit qñ/
q̄ꝫ ex caliditate herisipile ad hoc vt cōburat cutem. ¶ Et eius virulen
tia vesicat ⁊ minorat illud in flegmone. ¶ Et pura nō impellit penitus
⁊ flegmon impellit: ⁊ quātoplus multiplicatur additio sanguinis sup
colericū est impulsio magis apparēs ⁊ dolor ⁊ pulsatio vehemētiores.
¶ Et herisipila attrahit febrem vehemētius q̄ꝫ flegmon: ⁊ qñq̄ꝫ conse/
quitur ex caliditate herisipile vt cōburatur cutis: quare alterat illđ qđ
noiatur herisipila: ⁊ nō est ita flegmon: nō est ergo iflāmatio herisipile
minor iflāmatiōe flegmonis imo plus: verꝫ tēsio flegmonis ⁊ dolor ei⁹ ē
ꝓpter tensionē: ⁊ qñq̄ꝫ fit maior: quapp dolor herisipile est minor. ¶ Et
vbi plus accidit herisipila accidit in facie ⁊ incipit a lepore nasi ⁊ aug/
mentat apā ⁊ expandit in facie tota. ¶ Et qñ accidit herisipila a fra/
ctura ossis sub cute tūc illud est malū: ⁊ tu quidem iaꝫ cognouisti diuer
sitatem inter herisipilam ⁊ flegmonem in loco alio ab isto.

Cap.5.


¶ De cura herisipile.

Oportet vt euacues corp⁹ ab ea cū solutiuo colere: ⁊ si indigēt flo/
botomia: flobotoma ēt. ¶ Et flobotomia qdē non multū ꝯfert ni/
si qñ materia est iter duas cutes. Si aūt ꝓfunda fuerit tūc eius iuuamē
tuꝫ minorat ⁊ fortasse attrahit. ¶ Et si idigueris reiteratiōe soꝉonis vē
tris post flobotomiā fac illud ſm q̄ꝫ calefit ex duab⁹ materijs. ¶ Deinde
permutate ad ifrigidādū eā cū infrigidatiuis fortib⁹ scitis in cap. fleg/
monis: ⁊ cū effusiōe aq̄ frigide: ⁊ fac illud donec alteret color. Pura. n.
destruit cū alteratiōe coloris ⁊ diminutiōe ipsius: ⁊ ad vltimū infrigi/
datio in herisipila est magis necessaria: qm̄ flāma ⁊ dolor iflāmatiuus i
ea est plus: ⁊ eūo in flegmōe ē magis necessaria: qm̄ materia in ea ē ma/
gis inobedlēs ⁊ grossior: ⁊ opꝫ vt sit infrigidatio ei⁹ in pricipio fortis
stipticitatis ad hoc vt forsitā augmētet ei⁹ stipticitas sup ipsius frig⁹.
¶ Circa statū vero fit ipsius frigus vehemētius stipticitate ei⁹. ¶ Et ca
ue cū hoc ne redire facias mām ad mēbrū intrinsecū aut ad mēbrū no/
bile. ¶ Et caue iterꝫ ne denigret mēbrū ⁊ fuscū fiat ⁊ incipiat ire in viaꝫ
corruptionis: ⁊ cū apparet aliqd de hoc incede in ꝯtrariuꝫ vie stiptici/
tatis ⁊ infrigidatiōis. ¶ Et si fuerit herisipila sup cuteꝫ curet ex scoria
plumbi cum vino pontico bullito cū folijs ficie bullite cū vino: ⁊ cure/
tur cū eo in quo ē resoꝉo ⁊ exiccatio fortis cū ifrigidatiōe: ⁊ illud ē sic:
sumat lane veteris aduste nō lote pōdus. ℥. xij. ⁊. 5. carbonis de cortice
arboris pini tātūdē cere. ℥. xx. scorie plūbi. ℥. xi. sepi capni veteris ablu
ti cū aqua. ℥. xv. olei myrtini. vnč. v. ¶ Et iterum leuius illo emplastrū
fiat ex scoria plumbi cum succo ruthe ⁊ oleo ro. ⁊ cera.

Caplm.6.

¶ De formica miliari.

Formica est pustula aut pustule q̄ egrediunt ⁊ faciūt accidere apā
purū ⁊ ambulāt ⁊ fortasse vlcerāt ⁊ fortasse resoluunt: ⁊ tu iaꝫ sci/



ſti cám cuiuſqꝫ illoꝝ. ¶ Et coloꝛ qdem formice ad citrinitatez eſt decli-
uis ⁊ eſt inflámata cũ ſubſtátia verruculi ⁊ rotũda: ⁊ ẜm plurimũ hꝫ ra
dicẽ latá niſi q̃dá ſpẽs eius acruhaurod. ⁊ ẽ radicis parue quaſi ſit pẽ-
dẽs. ¶ Et ſentit̃ in oĩ formica ſicut pũctura formice: ⁊ ad ſũmũ oẽ apa
in cute ambulatiuum quod latitudinem non habet eſt formica. verum
alia eſt miliaris: ⁊ alia eſt corroſiua ẜm ꝙ sciuiſti. ¶ Et quádo ſit vlcus
⁊ putreſit appropriatur nomine putridi.

¶ De cura formice ⁊ que eius curſu currunt. Cap. 7.

CUm nõ icipis in ea cũ eũone humoris ẜm ꝙ oꝫ imo medicaris vl-
cus cũ eo qõ ſanat redit ex alio loco cũ nocumẽto ⁊ ex loco ipõ ⁊
nõ ceſſat humoꝛ facere corroſionẽ poſt corroſionẽ. ¶ Et aqua qdez caſei
cũ ſcamonea iuuatiua ẽ in eũone materiei formice ⁊ ei ſiliũ. ¶ Uia aũt
ẜm quá curat̃ formica ẽ vt q̃ ex ipſa ẽ corroſiua alienet̃ ab humectatiõe
quá iá adminiſtraſti in heriſipila: hũectatio eni nõ eſt ꝯueniens vlceri-
bus. ¶ Et adminiſtra i ꝑncipijs ei⁹ poſt ſicut lactucá ⁊ nenufar ⁊ ſem-
peruiuá ⁊ volubilé ⁊ portulacá. ¶ Et ſi fuerit neceſſariũ tũc qõ ſit ſicut
ſolatrũ ⁊ ꝓprie ſiccũ tritũ: in ipſo eni ẽ exiccatio: ⁊ ſicut arnogloſa ⁊ ru
bus ⁊ lens: ⁊ poſt ipſam ſauich ordei ⁊ cortices granatoꝝ ⁊ rami vitis.
¶ Et cũ timent̃ ſup eá corroſio ⁊ vlcera adminiſtra cũ iſtis infrigidati-
uis aliqd mellis ⁊ ſikiuꝫ: aut fariná thuris cũ aceto: ⁊ aqua q̃ currit ex
ligno vitis hũido cũ adurit̃: ⁊ ſtercus ouiũ cũ aceto ⁊ ſtercus vaccinuꝫ
cũ aceto. ¶ Cũ ergo corroſio ⁊ vlceratio appet tũc adminiſtra trociſcos
andaracaron cuꝫ vino ſtiptico aut aceto cõmixto aut ſucco cucumeris
aſinini: ⁊ ſal ⁊ fel hirci ⁊ ruthá cũ nitro ⁊ piper ⁊ nitrũ cũ vrina pueri.
¶ Et Ga. quidẽ dixit eẽ ꝯueniẽs vt ſumatur aliquid ſicut embuba ⁊ ex
extremitate pẽne aut alterius rei cuius extremitas ſit acuta quá poſſi-
bile ſit deglutire formicá: deinde penetret in circuitu eius vſqꝫ ad ꝓfun
dũ cũ acuitate ſua: deide eradicent̃ cũ ea formice cũ radice ſua. ¶ Illoꝝ
aũt formice q ſunt ſicut pueri deſtruũt̃ ſi itromittant̃ i balneũ: ⁊ nocet
eis aer balnei: deide egrediát̃ velocit̃: ⁊ liniant̃ cũ oleo ro. ⁊ aqua ro.

¶ De cura miliaris. Cap. 8.


MIliaris ſimulatur formice in curatione: verum melius eſt in ſolu
tione eius vt ſit in eius cathartico virtus eius quod eſt ſicut tur-
bith cũ eo qõ ſoluit colerá: ⁊ ſi eſt ibi ex epithymo eſt melius: qm̃ neceſ-
ſe eſt illic eſſe ex melia ⁊ flegmate que admiſcent̃ colere. ¶ Deide ſumá-
tur galle ⁊ fructus tamariſci ⁊ cortices granatorum ⁊ bolum armenuꝫ
⁊ aggregentur omnia illa in aceto ⁊ aqua ro. cũ tali quátitate ne mor-
dicent ⁊ liniantur deſuper cũ pẽna. ¶ Et lac dulce eſt vehemẽter cõue-
niens curationi huius egritudinis. ¶ Et quando pertranſit principiũ
opꝫ tũc vt curet̃ cũ eis q̃ ſunt ſicut caput piſcis ſaliti aduſtũ cum vino
pontico: ⁊ fortius illo: qm̃ neceſſaria eſt exiccatio vltima eſt vt ſumantur
folia albedarũgi ⁊ ponat̃ in eis calcadis ⁊ adminiſtrent̃. ¶ Et fortius
hoc eſt vt ſumant̃ flos eris ⁊ ſulfur citrinũ aduſtũ ⁊ fiat ex eis linimen-
tum cũ vino aut aqua ligni vitis que manat ẜm cõbuſtionem ſuam.

¶ De pruna ⁊ igne persico. Cap.9.

Hec duo nomina fortasse absoluta sunt super omnem pustulā corrosiuam vesicantem adurentem facientem accidere escaraȝ qualem facit accidere combustio ⁊ cauterium. ¶ Et quandoq; absoluitur nomen ignis persici de illis super qđ est illic pustula de genere formice comestiua adurens vesicās in qua est aliquid ambulans ⁊ humiditas est colerice materiei pauce nigredinis pauce putrefactionis. ⁊ est cum pustulis plurimis alteratis quasi sit illic humor ⁊ fetor plurime ebullitionis ⁊ eleuationis. ¶ Et absoluitur nomen prune super illud qđ denigrat locum ⁊ facit membrum habens colorē carbonis absq; humiditate: ⁊ est plurime nigredinis submersa: ⁊ eminentia eius est parue q̄titatis lupinalis: ⁊ fortasse non erit illic pustula omnino: imo incipit in primis pruna: ⁊ totum illud incipit cum pruritu sicut scarificationes. ¶ Amplius quandoq; vesicat ignis persicus aut pruna ⁊ currit ex ea aliquid sicut currit a cauterizato cum combustione ⁊ est locus cineritij coloris niger: ⁊ quādoq; est plumbeus: ⁊ est inflatio vehemens qua circūdatur absq; rubedine verificata: imo cum declinatione ad nigredinem: ⁊ illud qđ appropriatur nomine prune est nigre radicis ignee ⁊ ē eis splendor prune. ¶ Et ignis persicus de eis ambobus est velocioris apparitionis ⁊ motus ⁊ pruna est tardior ⁊ ꝓfundior ⁊ quasi materia eius est materia pustule ⁊ impetiginis: sed est acutior in igne persico. ¶ Et qđ ex eis accidit in carne est velocioris resolutionis: ⁊ qđ ex eis accidit neruis est fixius ⁊ tardioris resolutionis: ⁊ vnūquodq; amborum est de colera citrina adurente permixta melācolie: ⁊ ꝓpter illud accidit ex eis ambobus ascara nigra ⁊ est quasi sit ignis ꝑsicus vehemētius colericus ⁊ pruna vehemētius melācolica. ¶ Et tibi quidē inest vt nomines vnūquodq; amboꝝ cum intentione que aggregat ambo pruna: deinde diuidas: ⁊ simil'r inest tibi vt nomines ea ambo ignem persicū ꝓpter illam eādem intentionem: deinde diuidas: ⁊ inest tibi vt des vnicuiq; intentioni nomen ⁊ iam fecerunt totum illud: ⁊ non est plurima differētia in eo. ¶ Et quādoq; sunt cum formice speciebus ⁊ miliaris male febres vehementis caliditatis pernitiose: ⁊ quādoq; accidūt ista causa pestilentie. ¶ Et multotiens similantur flegmoni ⁊ tendūt ad nigredinem in principio rei ⁊ ꝓprie in etate sua.

¶ De curatione prune ⁊ ignis persici. Cap.10.

Necessaria est flobotomia vt euacuetur sanguis colericus ⁊ quando egritudo est timorosa tūc necessarium est ipsam approximare sincopi: ⁊ fortasse est necesse ⁊ ꝓprie in prima facere scalpellationem ꝓfundam vt egrediat̄ sanguis malus constrictus in ea qui est in natura veneni ⁊ nō fiat illud quādo materia est decliuis ad coleram. ¶ Cura autem localis necessaria est vt sit sicut cura herisipile. Uerū non oportet vt sit linimentum vehemētis infrigidationis sicut in herisipila: q̄m materia



materia ad grossitiez est decliuis:z quoniam ipsa est taliter ꝙ non tolerat vt redeat:parum ex ea ad interiora:quoniam materia est venenosa. ¶ Et no licet vt administrentur ea que sunt vehemẽtis stipticitatis iterum:nam illa materia est tarde resolutiõis. ¶ Et nõ lz vt administrentur resolutiua neqz in principio rei cũ apparet:neqz apud quietẽ inflationis quoniã additur in qualitate materiei:imo oz vt administres medicinas exiccatiuas in quibus est infrigidatio z resolutio quedam cuz expulsione sicut emplastrũ qđ fit de arnoglosa z gallis z lentib⁹ z pane plurimi furfuris:nam huiusmodi panis subtilior est in substantia sua. ¶ Et emplastra istis similia de illis que scripta sunt in antidotario. Et iterũ galle cũ aceto vini:z alumen cũ aceto vini. ¶ Et de medicinis bonis in hac hora z post ipsam est vt sumãtur granata acetosa:z scindantur z decoquãtur cũ aceto donec leniãtur:deinde terantur z ponantur super pãnum z administrentur:ipsum eni cõueniens est in omni hora z eradicat hanc egritudinez in principio z statu. ¶ Et quandoqz cadit in medicinis huius ꝯ̃patis nux recens z folia eius cũ saulch z vua passa z ficus cũ vino z oleo papaueris nigri z melius est vt ex omnib⁹ fiat emplastrũ. ¶ Et de medicinis ꝯuenientibus in pluribus horis sũt opiũ z acatia z dragagãtum similiter z cortices granatoꝝ de vnoquoqz quorum sumat pondus.ʒ.i.floris eris.ʒ.i.semẽ iusquiami albi:z huiusmodi medicine nõ ponuntur nisi super illud qđ nõ est vlceratũ. ¶ In illo vero qđ de eo est vlceratum est necessariuz illud qđ fortiter exiccet sicut medicamẽ andarõ z farasion z trocisci ranudros z medicaĩ de keisin cum vino dulci z cũ rob z reliqua que dicta sunt in curatione heripille vlcerate:z formice miliaris. ¶ Et oz vt emplastrent desuper emplastra in die bis z in nocte semel aut bis:z nõ administres exiccatiua quãtum potes:quoniã ipsa addũt in malitia egritudinis. ¶ Et opz vt tu subuenias ei qđ continet locum z loca adustionis cuz bolo ar.z aceto z aqua z reliquis que infrigidant z repercutiunt:z id qđ est propinquius illo est lana ysopi infusa in vino. ¶ Cũ ergo quiescit inflãmatio z remanẽt vlcera curentur cum eis que sunt sicut emplastra de merdasengi z emplastra diabuticiariõ:z cũ reliquis medicinis vlceꝝ corrodẽtiũ ꝑdictis in ãtidotario. ¶ Et nux antiq̃ vnctuosa ẽ ꝯueniẽs igni ꝑsico ĩ hac hora.

¶ De vesicis z inflationibus. Cap.11.

Inflationes accidunt ꝭm duos modos:quorumvnus est pp aquositatem que expellitur ex ebullitione in humoribus cum qua eleuatur materia subito ad illud quod est sub cute z inuenit cutez spissiorem ꝙ̃ illud quod est sub ea:quare non penetrat in eam immo remanet inflatio aquosa. ¶ Et secundus est vt fit loco aquositatis sanguis: q̃re fit pus de subtus.

¶ De cura inflationum. Ca.12.

Mundificatio quidem corporis cum flobotomia z similibus ẽ ꝭm ꝙ sciuisti:z administretur regimen z cibus ꝭm modum qui est dictus. ¶ Et ponatur super eas in primis cuz apparent quod sit sicut le-

tes cocte cũ aqua ꝛ ficut cortices granatoꝝ aut cortices ramoꝝ eoꝝ decocti cum aqua totũ illud ponatur ꝑm ꝙ ſcis in loco ſuo poſt decoctionem ꝛ lenitatem tepidum. ¶ Si autẽ exierint veſice ꝛ volueris ipſarũ curationem: qm̃ ille que ſunt in groſſiore cute dolent oportet vt aperiãtur cum acubus ꝛ currat qḋ in eis eſt: ꝛ que de eis ſunt ſubtiles aperiũtur per ſe. ꝑ Et non oportet vt tardetur: imo aperiantur ẽt ꝛ exprimatꝰ qḋ eſt in eis cum facilitate paulatim. Deinde nõ euacuantꝰ: aut vt ſanẽtur: aut vt vlcerentꝰ. Et ſi vlcerantꝰ curentꝰ cum emplaſtris que fiunt de ceruſa ꝛ que fiũt de merdaſengi ꝛ ſimilibꝰ: ꝛ ꝓprie qñ cadit in eis ſicut yreos: ꝛ emplaſtris heriſipille qñ ambulat ꝛ corrodit: ꝛ formice ꝛ reliquis que diximus. ¶ Medicamẽ cõpoſitum ẽt. ℞. merdaſengi libꝫ.1. olei veteris libꝫ.1.ꝛ.ſ. arſenici. libꝫ.1. decoquãtur merdaſengi cuꝫ oleo donec nõ adhereat: deinde fundatꝰ ſup ipm arſenicũ. ¶ Et iteꝝ medicamẽ cõueniens ei qḋ de ipſis accidit ſuper teſticulos ꝛ labia ꝛ eis ſilia et ad vltimuꝫ ſupra mẽbra que vehemẽter indigent exiccatione. ℞. colcotar ꝛ calcadis. ℥. de vnoquoqꝫ folioꝝ roſe.2. terantꝰ cuꝫ aqua ꝛ adminiſtrentur. ¶ Et ſilr̃ fimus caprinus cũ melle. ¶ Et cum cadunt eſcare ꝛ carnes corrupte ꝛ apparet caro ſana tunc curetꝰ cura vulneꝝ planoꝝ. Et cadere quidẽ faciunt eſcaras ꝛ carnẽ malã medicine note. Et in alexandria faciũt eas cadere cũ herba nominata ſerenicis: ꝛ iteꝝ tarbehaſis: ꝛ oleũ de alhacuen eſt bonũ ad deijciendum eas. ¶ Et ad vltimum adminiſtratio caſus eſcare ꝛ curationis reſidui cum curatione vulnerum ſanorum eſt ꝯueniẽs valde. ¶ Medicamen bonũ expertum antiquorũ qḋ quidã modernoꝝ cõceſſerunt. ℞. ſarcocolle ꝛ aloes ꝛ olibani ꝛ ceruſe: ꝛ ziniar omniũ equaliter ꝛ quantũ eſt totuꝫ de bolo armeno ꝛ fiant ex eis forme ſimiles auellanis: ſumãtur ꝛ diſſoluantꝰ cũ aceto ꝛ aq̃ ꝛ liniatur cum eis locus ponẽdo epithima ſuper epithima donec accidat in eo cõtractio vehemẽs ꝛ fiat eſcara: ꝛ tunc aut cadet per ſe ſi fuerit ſub ea humiditas: aut eſt neceſſariũ vt radas eam ꝛ facias ipſam cadere ꝛ nõ ceſſes facere illud donec cadat totum.

¶ De eſſere. Capitulum.13.

Eſſere eſt puſtula parua lata ſicut veſice ꝛ ad aliquãtulã tendẽs rubedinẽ ꝛ pruritũ faciens ꝛ anguſtiã eueniens ſubito ꝑm plurimuꝫ: ꝛ accidit qñqꝫ vt currat ab ea humiditas: ꝛ fortaſſe eſt ſanguinea Et ꝑm plurimũ fit vehemẽs in nocte ꝛ eius anguſtia fit in ea vehementior ꝛ eius triſtitia. ¶ Et cã eſt eius vapor calidus eleuatus in corpore ſubito aut a ſanguine colerico aut a flegmate baurachio. Et ſanguinea quidẽ eſt vehemẽtioris rubedinis ꝛ caliditatis ꝛ vehemẽtioris ꝛ velocioris apparitionis: ꝛ flegmatica eſt minor in omnibꝰ illis. ꝛ vehementia flegmatice eſt in in nocte pluſq̃ vehemẽtia ſanguinee. ¶ Et cũ eſſere inuadit locum amplũ tũc ſi nõ fiat flobotomia timetꝰ febris tertiana Et opꝫ vt fiat flobotomia in ſpacio quod eſt inter illud ꝛ inter ſtatum.

¶ De cura eſſere. Capitulum.14.

SI sanguis fuerit vincens tanc oportebit vt in pmis perueniat ad flobotomiá: deinde cõsequēter adhibeat solutiuū colere: si tolerauerit virtus q sit sicut fit de duab⁹ partib⁹ myrabolanoꝝ ⁊ parte vna hiere. cuius potio sit. ʒ. iij. in sirupo acetoso: ⁊ seda eá cum eis que sunt sicut tamarindi ⁊ aqua duoꝝ granatoꝝ cum corticibus suis. Aut aqua granati acetosi cuꝫ cortice suo ⁊ infusione chrysomilloꝝ: ⁊ aqua lactis acetosi ⁊ trocisci de spodio cáphorati cum aqua granatorū. ¶ Et dare in potu aquá calidam in die multotiēs est ex eis que cōferunt ei ⁊ linire naturá habētis eá. ¶ Et de eis que sedant eá est infusio sumach colata de qua sumátur. ʒ. iij. ¶ Et ex cibis tabsil. ⁊ acetū cum oleo de amigdalis ⁊ sisamino ⁊ oleo cū aqua vue acerbe ⁊ lacte acetoso. ¶ Si auteꝫ humor fuerit baurachius euacuet corpus cū myrabolanis ⁊ cum turbith de quo sit quantuꝫ est medietas myrabolanoꝝ: ⁊ sit potio ei⁹. ʒ. iij. ¶ Et detur infirmo de nuce cupressi humida. vnc̄. i. cū aloes. ʒ. i. ¶ Et sumatur crocus hortulanus. teratur ⁊ cōcutiatur cuꝫ aceto ⁊ sumatur in potu. ¶ Aut detur in potu aqua magre aut aqua vrcei noui. ¶ Et ad flegmaticá sumant cubebe. ʒ. i. cum tribus. ʒ. zuccari ⁊ pondere. ʒ. iij. seminis agnicasti in lacte dulci: ¶ Et de eo qđ est expertū ⁊ cōuenit in oī spē est istud calamenti. ʒ. ij. spodij. ʒ. ij. ros. rubeaꝝ. ʒ. ß. cáphore kirat. i. det in potu cū aq̄ granati acetosi: aut sumat in potu sayia cū ē ieiun⁹.

¶ De estiomeno ⁊ dr̄ia inter cácrenas ⁊ aschachilos. Caplm. 15.

SErmo de his rebus est ꝓportionalis quodámodo sermoni de rebus quarū rememocatio precessit. ¶ Dico ergo q mēbro accidit corruptio ⁊ putrefactio ꝓpter cám corrūpentem cōplexionē eius ⁊ spiritum animalē qui est in ipso. Aut ꝓpter aliud ꝓhibens euꝫ peruenire ad ipsum: aut ꝓpter aliquid cōgregans vtrasqꝫ intentiōes sicut venena calida ⁊ frigida ⁊ ea que cū sua substátia sunt cōtraria spū animali: ⁊ sicut apostema ⁊ pustule ⁊ vlcera mala ambulatiua venenose substátie. Et ea in quibus erratur sicut erratur in effundēdo oleum in vlceribus ꝓfundis quare putrefit caro: ⁊ cum infrigidatione vehementi super apata calida: quare corrūpit cōplexio que est in ipso. ¶ Prohibēs autē eum peruenire ad ipsum aut aggregás vtráqꝫ intentionē: prohibens quidem est opilatio: ⁊ illa opilatio aut ē accidētalis primitiua sicut constrictio quorūdam mēbroꝝ in radice sua fortis. Nam illa quam da perseuerat corrumpit membruꝫ ꝓpter retentionem spūs animalis ab eo: aut retētionem virtutis sparse super spūm animalē qui est in ipso: qui expanditur ex corde ⁊ anima: quare corrūpit ꝯplō eius ⁊ moritur. ¶ Et qñqꝫ fit ꝑꝑ opilationē corporalē sicut apa calidū malum fixū magnuꝫ grosse mãe opilás meatus ⁊ introitū anhelitus quo indiget spūs animalis: ⁊ hoc cū hoc qđ retinetur etiá corrumpit complexionē. ¶ Et qđ de hoc ē i pncipio ⁊ nō corrūpit cuꝫ eo sensus eius cui est sensus nominatur cancrena ⁊ proprie quod est flegmonides in pncipio. ¶ Et qđ

sta confirmatur est vt destruat sensus eius cui est sensus: & illud est vt destruatur caro: & qd ipsam sequitur & vsq ad os siue sit incipiens aut succedens apostemati nominatur schachillos. Et quandoq cancrene fiunt aschachillos imo sunt via ad ipsa & totum hoc accidit in carne & accidit in osse. Et cum eius corruptio incipit perambulare in membro & apostematur quod est in circuitu corrupti & fortasse peruenit ad corruptionem: tunc dicitur totum accidens estiomenus: & dicitur dispositio partis membri que iam putrefacta est & nisi esset propter grossitudinem materiei sue non adhereret: sed expelleretur.

De cura. Cap.16.

De cancrenis quidem duz in principio presenerat speratur q sanetur. Cum autem firmatur corruptio in carne: tunc necessariu est accipere totu ipsius. Cum ergo vides membri colorem alterari: & est in via putrefactionis: tuc oportet vt succurras linie do ipsum cu eo quod prohibeat putrefactionem sicut est boluz armenum & terra sigillata cum aceto. Si autem illud non valet non inuenis excusationez quin scalpellationem pfundam facias diuersorum modoruz in locis: & ponas sanguisugas & flobotomes venas proximas ei paruas vt accipiatur sanguis malus cum cautela eius quod circudat locum sicut cu epithimatibus predictis: & ponatur super ipsum locum scalpellatum quod prohibeat putredinem & sit ei cotrarium de illis quibus inest pfundatio fortior sicut farina herbi cum syrupo acetoso aut cum farina fabarum: & proprie permixta cum sale. Et de illis que desuper liniuntur est assa & semen vrtice etiam & aristologia ro. & succus foliorum acori de vnoquoq sumat pars.i. floris eris pars.5. teratur cum aqua donec fiat sm spissitudinem mellis: & line cu eo vulnus & in circuitu eius. Et de medicinis phibentibus corrosionem est vt sumant floris eris: & mellis & aluminis equales partes & linian cum eis: prohibet enim & facit cadere illud qd est putrefactu & seruat illud qd sequitur. Si autem pertrasit dispositio dispositionem apatis & dispositionem corruptionis coloris ei9 & incipit peruenire in mollitie & humectat paruper: tunc hec est inceptio eius in putrefactioe: quare opz vt puluerizet sup ipsum aristologia rotuda & galle equali mesura accepte donec desiccetur: & similiter dragantu itez & colcotar sunt bona pprie cuz aceto. & folia nucis & similiter cucumeris asi. aut succus eius epithimado. Qd si pars carnis incipit corrumpi incide ea aut fac eam cadere cum eis q sunt sicut trocisci andaracaron & fortius eis calcadico. Cuq feceris cadere ordinem vnum succurre cum butyro ponedo desuper: deinde fac cadere secudo donec perueniat ad cutem sanam: & dragantum rubeuz est puluerizatio bona super mollitiem & putrefactionem: Et cum apparet putrefactio non expellas cum incisione & consumptione: quonia magnificatur malum. Et quado magnificatur apostema in circuitu putrefacti tunc laudatu est ei sauich cum succo insquiami albi. Veruz apud me non est bonum ei: imo opz vt huiusmodi administretur sup

locum sanum vt prohibeat ab ipso et repellat: Et cum inciditur membrum quod putrefactum est: tunc oportet vt cauterizet illud quod cõtinet ipsum cũ igne: quoniam illud est cũ cautela aut cum medicinis cauterizantibus adurentibus et ppůe in membris facile suscipientibus putrefactioně pter caliditatem suam: et qr superfluitates calide approximãt eis sicut sunt testiculi et anus. Hec est ergo quãtitas quã dixim⁹ hic: et tu quidem inuenies in sermone nostro qui est de vlceribus putrefactis quod oportet te addere huic capitulo.

De althohoin. Cap. 17.

Antiquissimi antiquorum nominauerunt eum nomine qd trãslatum est in arabico althohoin omne apostema existẽs in membris glandinose carnis aut alibi. Et sensibilia quidẽ sunt sicut caro glãdosa que est in maxilla et origine lingue: et illa que sensum non habent sunt sicut caro glãdosa q̃ est in mãmilla in subascellis et inguinib⁹ et eis similibus. Deinde dictũ est post hooc ei qd est cum hoc apostema calidũ perdens: deinde dcm̃ est apostematio pernitiosa pter quersioně materiei eius ad substãtiam venenosam qd corrumpit membrum et alterat colorẽ eius qd sequit ipsam: et quãdoq3 resudat sanguinem et virtus et similia illis et adducit qualitatẽ malã ad cor ex via arteriarum: quare accidũt vomitus et pulsus cordis et sincopis: et quãdo eius accidẽtia fiũt vehemẽtia interficit. Et videt q primi noiabant hoc postremũ carmata: et est necessariũ vt sit deterius eorum illud quod accidit sm plurimũ in subascellis et inguinib⁹ et post aurẽ pter vicinitatẽ ei⁹ ad mẽbra q̃ sunt vehemẽtius principalia. Et saluius althohoin mortaliũ ẽ illud qd ẽ rubeũ: deinde citrinũ: et ex eo qd ad nigredinẽ est decliue nõ euadit aliqs. Et althohoin qdem multiplicant in pestilẽtijs et in regione pestilẽtiali: et inueniunt noia greca rex que assimilãt althohoin sicut tursios et carmata et carmachile et furios. Uerum apud nos nõ est magna distinctio inter eorum nominationem.

De cura. Cap. 18.

Euacuatio qdẽ cũ flobotomia et cum eo qd tolerat hora aut q sit necessariũ ex eis que educũt humorem putrefactũ est necessaria: deinde op3 vt reuertaris ad cor: cum defensiõe eius et qfortatiõe ipsius cum eis in quibus sint infrigidatio et odoramentũ sicut acetositas citri et miue et rob pomorum et cydoniorum: et sicut granata acetosa valde: et olfat⁹ sicut rosarum: et cãphore et sandali. Et cib⁹ sit sicut lẽtes cũ aceto et sicut cib⁹ cũ aceto valde acetosus factus ex carnib⁹ althaugi et hedorum. Et oz vt roret mãsio infirmi cũ aceto plurimo et folijs salicis et vio. et ro. et nenufare et silibus. Et ponant sup cor epithimata ifrigidantia qfortãtia ex eis q̃ cognoscunt de medicinis hñtium pulsum cordis calidũ et hñtium pestilẽtiã et ad vltimũ regant regimie hñtium aerẽ pestilentialẽ. Althohoin vo ipm et qd currit cursu eius de eis que noiata sunt curet in pncipio cũ eis q̃ cõstringũt et ifrigidãt cũ spõgia ifusa in aq̃ et aceto aut in oleo ro. aut oleo de pomis et arbore masticis. aut olo

de myrto: ista fiũt in principio. ¶ In statu vero curet cũ scalpellatione si possibile est: et fiat vt currat qđ est in ipso: et nõ dimittat vt brunũ fiat: qm̃ addit venenositas eius: et si indiget vẽtosis sagẽtibus cũ subtilitate fiat: et in illo qđ h3 substãtiã3 exiture op3 vt administret apud statu3 eius: aut circa statũ eius cum apertione. ¶ Et qñ est illic feb. tardabis cũ infrigidatiõe ne reducas cũ ea mãm retro. ¶ Et apertio qđẽ fit cum eis que sunt sicut embroca cũ aqua camomille et aneti et reliquo℞ aperientiũ subtilium que dicemus in caplo vulne℞. ¶ Dixerunt. Carmana aũt et Sesiros. Cõfert emplastrũ de capillo veneris et atriplice et volubili et radice euiscĩ cũ pauca gũma pini et melle cũ vino aut gluten cum gũma pini et ceratũ: aut sordes aluearioꝝ apũ et lupini infusi in aceto: aut radix cucumeris asinini cum glutino albotin aut nitru3 cum ficubus: aut cum fermento.

¶ De apostematibus accidentibus in glandulis. Cap. 19.

Apostemata glãdosa q̃ non incedũt via atãguarij qñq3 accidunt in loco aliquo casu in crisib⁹: et qñq3 cadũt casu expulsiõis a mẽbris radicalibus: et fortasse attrahunt ea vlcera: et apãta alia super extrema ad que currunt materie in vijs quaꝝ incedũt carnes ille: quare involuunt cũ eis sicut accidit inguini et subascelle ex apãtione amboꝝ in eo qui h3 scabiẽ aut vlcera super pedes et manus. ¶ Et qñq3 sunt cũ repletione corporis: et qñq3 non est in corpore plurima repletio: et eorum cura ẽ diuersa a cura apãtũ alioꝝ ĩ pncipio cũ expulsiõe: et nõ administrat in eis illđ: imo euãtio p flobotomiã: et solutionẽ vẽtris ẽ illđ qđ est necessariũ. ¶ Curatio vo alia ꝓlõget in eis si poẽ est donec declaretur dispõ. Nã si fuerit ꝫm semitã crisis aut ꝫm semitã expulsionis ex mẽbro principali: tũc nõ o3 vt ꝓhibeat oĩno: imo trahat ad mẽbrũ quacũq3 atractiõe ẽ poẽ et ẽt cũ vẽtosis. ¶ Si aũt fuerit pp multitudinẽ repletionis: tũc euãtio ẽ radix et minoratio cibi et subtiliatio. Et nõ admistres expulsiua: imo mollificatiua ita tñ vt n̄ admistres mollificatiua iterum absq3 euõne: fortasse.n. eueniet illud sup mẽbrũ cũ attractione materiei plurime: imo qñ admistras mollificatiua euacua cũ hoc: et trahe materiã ad diuersu3: timor enĩ in expulsiuis ẽ reditus materiei ad viscera et ad mẽbra pncipalia: et timor in mollificatiuis ẽ attractio materiei plurime. ¶ Et euãtio et declinatio materiei securãt ex nocumẽto mollificantiũ. ¶ Et qñ dolor fit vehemẽs: tũc necessariũ ẽ vt sedes ip3 cũ eis q̃ sũt sicut lana ĩfusa ĩ oleo caĩo: deĩn adde ĩ eo sal ĩ fine ei⁹ donec sedet dolor stati3 et ĩ primis fortasse addit ĩ dolore. ¶ Et qñ corpus ẽ mũdũ aut mũdificasti ip3 tũc resolue et nõ cures. ¶ Et qñq3 valet ĩ resoluẽdo illđ qđ est sicut farina tritici et salui⁹ illa ẽ faria ordei: et fortasse magnificat per resolõnẽ fortẽ apã: qre nõ administret nisi qñ ẽ necessaria repulsio ex mẽbris pncipalib⁹: et attractio materiei ab eis ad apã timẽdo sup illa pncipalia. ¶ Et multotiẽs qđẽ sanat ea ĩ pncipio oleũ calefactũ qđ effundit solũ. Veꝝ qñ apã ẽ in q̃titate et substãtia sua molle in mẽbro nobili: sicut mãmillis et testiculo et nõ timet ex ꝓhibitiõe eius nocumẽtũ tũc p

bibe z repelle:sz qñ sentis declinationẽ ad duritiẽ tũc lini vbicũqz sit.

℄ De exituris calidis. Cap.20.

EXitura est de sũma dubellet que collectionẽ faciũt ex apatib⁹ calidis quasi nomẽ aldubellati cadat sup oẽ apa vlceratũ in iteriore cuius locus est ad quẽ effundit mã aliqua z remanet in eo q̃cũqz materia sit. ℄ Et exitura qñ ẽ ex hac sua dispõne calida tũc aggregat mã: z qñqz incipit apa calidũ sicut ẽ cũ aggregatiõe z solõne ↄtinuitatis intrinsece: z qñqz non incipit ita: imo incipit in inceptione apatum calidoꝝ sanoꝝ: deinde conuertit esse eius apud statũ vt incipiat in aggregatiõe. ℄ Et nos in posterioribus differimus sermonẽ de dubellet fridis que ↄprehẽdũt hũores viscosos z gypseos z lapideos z arenosos z capillares z alios: lz sint q̃dã qui appropriant nomine aldubellet illõ in quo sunt humores illius generis. ℄ Uerũ nos loqmur nũc de eo qõ aggregat materiã: hoc.n. si incipit exitura pp mãm quã expellit natura: z nõ est possibile vt penetret cutẽ: neqz ẽt superficiẽ carnis: imo sepat ei⁹ ↄtinuitatem per grossitiẽ suã separatiõe apparẽte tunc qescit in vacuitate eius qõ separat ſm plm: quare apparet ei caput acutum z ꝓprie si fuerit mã acuta. Iste ergo exiture incipiũt z aggregãt saniem: deiñ maturat sanies: postea rũpit: z fortasse indiget ↄfortatiõe in maturatiõe z eruptiõe z fortasse nõ indiget. ℄ Et q̃nto plus est exitura vehemẽtioris eleuatiõis z acutioris capitis z rubedinis ẽ humor attract⁹ ei vehementioris caliditatis z ẽ velocioris maturitatis z resolonis z eruptõis z ꝓprie eminẽs ꝓcedẽs extra pinealis. Que aũt ẽ cũ diuersitate lata ꝓfunda pauce rubedis ẽ grosse materiei mala decliuis ad iteriora pauci doloris grauis mot⁹. ℄ Et dterior illa ẽ illa cuius eruptio ẽ ad iteriora z corrũpit illud sup qõ vadit: z est de ea que expellit ad vtrũqz lat⁹. ℄ Et laudabilior eruptio eius ẽ ad vẽtriculũ ꝓpriũ mẽbro cui est via currẽs ad exteriora sicut exitura stomachi: vt.n. erũpat ad exteriora ei⁹ z ipsi⁹ ↄcauitatẽ melius ẽ q̃ rũpat ad exteriora eius z ad vẽtriculũ ↄtinentẽ mirach: sic eruptio ei⁹ q̃ in cerebro ad duos vẽtriculos añriores laudabilior ẽ: qm̃ ãbobus sũt meatus sicut nasus z nares. ℄ Et qñ rũpit ad spaciũ ↄtinẽs cerebꝝ aut ad vẽtriculũ posteriorẽ nõ inuenit meatũ ad exteriora z nocet nocumẽto vehemẽti. ℄ Et nõ est oẽ mẽbrũ ↄueniens ad hoc vt eueniat in ipso exitura. in iũcturis.n. minorat egressio exiture: qm̃ in eis sunt hũores mucillaginosi z loca eoꝝ ampla nõ suffocantia materiã neqz retinentia egressionẽ putridi. Qõ si egrediat illic exitura erit pp rem maximã. ℄ Et deterior exiturarũ z malignior earũ est que egredit super extremitates lacertoꝝ z ꝓprie lacertoꝝ plurium neruorum. ℄ Et exiture quidẽ diuersificant ꝓpter spaciũ maturatiõis saniei sue ſm humorem in subtilitate z grossitudine sua z complexionez in calore z frigore eius z equalitate eius z ſm tempus z etatem z substantiam membri. ℄ Et non contingit ne maturetur exitura z ne conuertatur quod in ea est in pus: nisi propter paruitatem caloris inati in membro aut ꝓpter grossitudinẽ substãtieque est mãei. ℄ Et qñqz con

tingit ex hoc vt fiat sanies in iteriore parte sui ⁊ nõ appeat sensul pp ꝓ/
funditatez puris ⁊ grossitudinꝭ eius qđ est sup ipm:⁊ staꝭ sup maturi/
tatẽ saniei velociter:⁊ qñq3 nõ staꝭ ꝫm substantiã suã in grossitudine.ꝙ
si maturaꝭ ⁊ subtiliaꝭ lenitur suba eiꝰ velociter:⁊ ꝫm ꝙ est de carne ista
plurima ⁊ pauca.⁊ pp cãs exiture ⁊ casus ad saniẽ pp repletionẽ ⁊ mł/
titudinẽ materiei ⁊ corruptionẽ eiꝰ.❡Et cause eiꝰ sunt nauseatiua sa/
tietas ⁊ exercitia mala ⁊ egritudines que nõ faciunt crisim cum euõne
apparente.⁊ nocumẽta aialia ex angustijs ⁊ sollicitudinibꝰ corrũpen/
tibꝰ sanguinẽ.¶ Et de exituris qđẽ est spẽs q̃ noiaꝭ turmusios:⁊ est exi
tura q̃ rũpiꝭ ⁊ qđ est sub ea est simile carni bone: deinde apparet ab ipa
sanies alia. ¶ Et de exituris est spẽs que noiaꝭ alber ⁊ est exitura vasa
lis rotũda ⁊ rubea quã q̇ h3 ꝫm plurimũ nõ expoliaꝭ a febre. ⁊ eiꝰ euen
tus ꝫm plurimũ est in capite:⁊ qñq3 accidit in alijs locis.

❡De significatione ꝙ apa fit exitura. Caq.21.

CUm videris pulsationẽ plurimã aut duritiẽ ꝓlongatã ⁊ calidi/
tatẽ:tũc existima ꝙ apostema est in via vt fiat exitura.

❡De significatiõe maturatiõis ⁊ eius signo. Cap.22.

CUm videris lenitatem quandaz ⁊ sedationem doloris: tũc scias
ꝙ est in via maturationis.

❡De iudicijs saniei. Cap.23.

SAnies laudabilis est illa q̃ est alba lenis cui non est dolor horribi
lis:⁊ in q̃ nõ opata est nisi caliditas inata:l3 nõ fit excusatio a cõi/
tate extranee. Et nõ addiꝭ eis lenitas nisi vt sciaꝭ ꝙ ipsa ẽ ꝑparata pa/
ti a virtute digestiua.⁊ nõ diuersificaꝭ eiꝰ ꝑparatio in inobediẽtie ⁊ obe
diẽtie.❡Et oz ne sit ei odor vehemẽtis horribilitatis vt lõginqor a pu/
trefactione.❡Dixerũt ⁊ reqriꝭ ex ea alba: qm̃ color mẽbroꝝ radicaliũ
est albꝰ ⁊ nõ assimilat eã nisi natura potens sup eam.❡Et sanies mala
est fetida significãs putrefactionẽ q̃ est ꝯtraria maturatiõi:⁊ significat
dñium caliditatis extranee.¶ Et qñ egrediꝭ sanies diuersaꝝ ptiũ cõue
nientiũ coloꝝ ⁊ substantiaꝝ est ẽt de genere diuerso a bona:⁊ necesse est
omni saniei vt faciat euenire in corpore putrefactionem aut maturita/
tem aut diminutionem aut alteraꝭ cũ mõ alio.

❡De significatiõe exiture vel maturatiõis itrisece. Ca.24.

QUando accidit apa calidũ in visceribus ⁊ accidũt horripilatiões
⁊ febres ⁊ nõ est ei odor ⁊ fit dolor ⁊ vehemẽtior ⁊ est horripilatio
in primis longioris spacij:deinde non cessat abbreuiari spacium eius ⁊
addit grauitas apostematis:tũc scias ꝙ apostema fit exitura ⁊ ꝙ per/
uenit ad collectionez sui. ¶ Et non fiunt dolores isti in principio vehe/
mentiores: ⁊ quanto plus approximat status minorantur nisi quando
eruptio fit in principio:⁊ solutio continuitatis ⁊ dolor prouenit ex ea:
⁊ quando colligitur ⁊ quando fit materia sanies quiescit etiam calefa/
ctio fortis ⁊ iflãmatio q̃re quiescit febris eueniens per cõmunitatẽ cor/
dis.❡Et scias ꝙ durities pulsus est testimonium magnũ. ¶ Et quan/
do apparet signũ exiture aldubellati in visceribus ⁊ non induraꝭ pul

sus nō iudices penitus q̄ sit exitura interior. In huiusmodi enim forx tasse non erit in visceribus: imo in siphac q̄d continet viscera: ꝛ tu quix dem iam sentis latus in quo est exitura per grauitatem que pendet ex eo: ꝛ per dolorem.

¶ De significatiōe maturatōis intrinsece. Cap. 25.

Quando accidūt significatiōes exiture intrinsece: deinde qescunt accñtia que sunt ex febre ꝛ horripilatiōe ꝛ doloris sedatiōe cōpleta ꝛ remanet grauitas: tunc scias q̄ sanies iam confirmata est ꝛ maturatio adest.

¶ De significatōe ꝓpinqtatis eruptiōis itrinsece. Cap. 26.

Quando redeūt dolores ꝛ fiūt pūctiōes ꝛ mordicatio ꝛ grauitas fit vehemētior ꝛ similanẜ se. tūc eruptio iam appropiquat. ¶ Cū ergo accidit rigor subito ꝛ sedanẜ grauitas ꝛ dolor: tūc iam eruptio facta est. ꝛ ꝓprie qñ apparet sanies eūata mordicans illud q̄d ptrāsit. ꝛ est neciū vt sit arefactio virtutis ꝛ debilitas arefaciēs. ¶ Et qñ exiture intrinsece fit eruptio subita ꝛ egrediẜ res plurima. tūc fortasse accidunt pulsus cordis ꝛ sincopis mala. ꝛ fortasse accidit moris ꝓpter resolutionem virtutis. ꝛ fortasse accidit vomitus ꝛ vētris solꝰ. ꝛ fortasse accidit sputū saniei plurime subito qñ exitura est in pectore: ꝛ fortasse accidit ꝑfocatio qñ crūpit ad pectus res plurima subito.

¶ De curatiōe exiturarū apparentiū. Cap. 27.

ipsum locũ membrũ de quo timeamus adeo vt quando detexerimꝰ illis zugi extrahemus ipsum cũ facilitate. ¶ Et de hominibꝰ qui ponunt ramos in cannã vt nõ egrediatur caro: deinde si vulneratus fuerit getus nõ habẽs apã calidũ administra suturaz aut comple curationẽ que facit nasci carnẽ. Quod si acciderit vulneri apã calidũ: tunc opz vt curetur cum embrocis ꝛ emplastris. ¶ In sagittis aũt venenosis: opz vt cõcauetur caro ex alteratione sua a carne sana. Caro eni venenosa est mali coloris fusca ꝛ quasi ipsa sit caro maligna. Si autez ligatura figatur in os extrahemus eã cũ istrumẽto. Si autẽ ꝓhibet ex hoc aliqd carniũ: tunc opz vt cõcauemus ipsũz aut perforemus illud. ¶ Quod si sagitta infixa fuerit in ꝓfundũ ossis: tunc nos sciemus illud ex firmitudine sagitte ꝛ paruitate motionis eius cũ mouerimus eã: tunc necessariuz erit nobis vt incidamus in primis os qđ est supra sagittã cuz incisorio: aut perforemus ipsum cũ terebello faciendo foramen in circuitu eius si os fuerit grossum ꝛ euadit sagitta per illud. ¶ Qđ si sagitta fixa fuerit in aliquo mẽbro principaliũ: sicut cerebro aut corde: aut pulmone: aut vẽtre: aut intestinis: aut epate: aut matrice: aut vesica ꝛ apparẽt signa mortis: tunc opz vt abstineamus ab attractione sagitte: qm̃ fiet inde ingetudo plurima ne superueniat nobis locus sermonis stolidoꝝ cuz h ꝙ parum cõferimus infirmo. ¶ Si aũt non apparuerint signa mala alia: ex qbus timemus de accidẽtibus: tunc premittemꝰ sermonẽ in perditiõe que accidit plurimũ: deinde incipiemus in curatione. Multotiẽs eniz de illis qbus accidit illud saluaẽ aliquis absq; spe mirabiliter. Et multotiens egrediẽ pars epatis ꝛ aliquid de siphac qđ est supra ventrem ꝛ zirbo ꝛ matrix tota ꝛ nõ accidit inde mors: verũtñ si nos dimiserimus iteꝝ in his membris principalibus accidet mors ẜm omnẽ dispositiõez ꝛ proportionabimur ad paucitatem misericordie: si autem abstulerimꝰ sagittam fortasse saluabitur infirmus quandoq;.

¶ De medicinis attrahentibus. Caplm.11.

OPortet vt super illum locuz ponatur ammoniacũ: quoniaz est attractiuũ forte: aut sumatur radix arũdinis: ꝛ teratur ꝛ emplastretur cum ea: ꝛ fortasse conficitur cum melle: ꝛ affodili iteruz ꝛ folia paueris nigri: ꝛ folia arboris fici cuz sauic aut semen iusquiami albi ꝓprie cum calcadis: ꝛ similiter fructus iusquiami albi cũ dispositiõe sua. Et iterum alkeiri ꝛ spẽs eius ꝛ aristologia ꝛ cepe narcisci. ¶ Et ex animalibus res plurime de quibus est rana excorticata: est mirabilis valde fixis in ossibus: ꝛ similiter eradicat dentes. ¶ Et cancer iteꝝ contritus. ¶ Et vtriq; lepores: ꝛ eo coagula oĩa. ¶ Et diciẽ ꝙ lacerta est vehementis attractionis ad illud super quod finditur. ¶ Et de cõpositis caput lacerte statim cum abscinditur cum aristologia longa: ꝛ radix canne ꝛ cepe narcisci. ¶ Illud vero qđ appropriatum est cum attractione ossiũ corruptorum de sub vlceribus que consolidantur dicemus in ca. ossiũ.

¶ De canone curationis combustionis ignis. Capitulum.12.





INtentio in curatione cōbustionis ignis est due intentiones. Una earum est sequi cum ꝓhibitione vesicationis. Et secūda est rectificare quod est cōbustuz. ¶ Et sunt necessarie in ꝓhibitione vesicationis medicine infrigidantes preter qđ associetur eis mordicatio. ¶ Et secunda vbi curatur qđ est combustum indiget medicinis in quib⁹ est abstersio quedam cū exiccatione quadaz nō magna: ꝛ preter quod mordicent cū hoc vt sint temperate in caliditate ꝛ frigiditate. ¶ Et quādo idiget regimine simili regatur cum infrigidatiuis prius: deinde si indiget secunda fiat. Si autez inuenitur ꝛ iam vesicatū est: tūc necessariū est regimen scđm. ¶ Et medicine eius sunt sicut chimolea ꝛ lutoꝝ genera exiccantia ꝛ lentes decocte ꝛ encaustrū indū ꝛ similia. ¶ Ea vero que sunt sicut thus ꝛ glutinū ꝛ pinguia non conueniunt ad illud quoniaz quedam eorum sunt calidiora ꝙ oportet: ꝛ non carent virtute mordicatiua ꝛ quedam eoꝝ sunt humidiora ꝙ oportet.

¶ De medicinis ad combustionem que sunt ſm intentionem primam. Capitulum. 13.

SUmantur sandali ꝛ faufel ꝛ later albus recens aut ostracum ꝛ liniantur cū aqua solatri ꝛ aqua ro. aut vnguentū de vitellis ouoꝝ ꝛ oleo ro. ¶ Et iterū endiuia ꝛ farina ordei abluta ꝛ vitelli ouorū ꝛ oleū ro. ꝛ lentes elixate cū rof. cū oleo ro. ¶ Et iterū bolū ar. ꝛ acetum. ¶ Et iterum oleū rof. ꝛ cera ſm ꝙ opꝫ: deinde ponatur in eo de calce abluta ablutione īntegra cū cerusa ꝛ opio ꝛ albumine oui ꝛ aliquātulo lactis. ¶ Et iterum sumātur folia malue ꝛ sicle ꝛ elixentur cū aqua dulci: deinde terantur ꝛ mūdentur a reb⁹ filosis que sunt in eis: deinde aggregentur eis merdasengi cōditi cum climia ꝛ cerusa de plūbo algalai amboꝝ añ. partes. ij. ꝛ. 5. ꝛ olei rof. partes. iiij. ꝛ aqua solatri ꝛ aque coriandri amborum. añ. pars. 1.

¶ De medicinis que sunt ad combustionem ſm intentionem secundam. Capitulum. 14.

MElior reruz ad illud est vnguentum de calce. ¶ Sumatur calx ꝛ abluatur septies donec separetur eius acuitas tota: deinde conquassetur cū oleo ro. aut oleo oliue ꝛ pauca cera si indiget ea: ꝛ fortasse addūtur super ipsum chimolea ꝛ albumen oui ꝛ parū vini. ¶ Unguētum calcis cum modo alio. Abluatur calx sicut sciuisti: ꝛ fiat ex ea cum aqua foliorum sicle ꝛ cū aqua foliorum caulis ꝛ oleo rof. et cera vnguētum. ¶ Et de illis que conueniunt h: ꝛ vbi nō timetur postulatio ꝛ vesicatio est ligare desuper folia alhethil adusta aut silique cōbuste. ¶ Unguentum conueniens ad paruitatez caliditatis: ꝛ est lōge compositionis expertū est ꝛ inuentū est bonum. ℞. stercoris vacce pascētis exiccati et corticum arboris pini ꝛ pulegij omnium añ. x. merdasengi. iij. scorie argenti. ij. scorie plumbi. iiij. calcis ablute cum aqua frigida multotiens. v. ꝛ chimolee. v. ꝛ luti alcabrusij aut romani aut armeni ꝛ ceruse


omnium añ.vij.virge pastoris contrite.x.encaustri persici aut sirij.vi. tutie viridis.vij.stercoris ouis.vij.granoꝝ volubilis ⁊ folioꝝ eius amboꝝ.xv.scorie ferri ⁊ succi folioꝝ maluauisci ⁊ succi foliorum malue omnium añ.x.lilij domus ⁊ cepe eius ⁊ lilij celestis ⁊ croci omniuꝫ añ. v.camphore.iiij.cere faui ⁊ olei ro.⁊ medulle cerui ⁊ adipis eius quantum sufficit.¶ Et de illis que sunt fortitudinis vehementioris ⁊ conueniunt ei quod est minoris caliditatis:est vt sumanẗ limature eris ⁊ ferri:⁊ cõficiantur cum luto aut cũ luto rubeo:deinde cõburantur in patella aut furno:⁊ fiant inde trocisci ⁊ seruentur ⁊ administrenẗ redacti in puluerẽ vbi necessaria est exiccatio aut liniant̃ cũ oleo ro.¶ Et de hͦ genere iteꝝ est illud:comburaẗ fimus colũbinus in pãno lini donec accendatur ⁊ liniatur cũ oleo aliquo:qm̃ est mirabile.¶ Et locis vlceratis conferunt porri elixati aut portulaca cũ sauic ⁊ folia myrti cõtrita in puluerẽ redacta.Si aũt fiat inobediens:tunc folia alhethil adusta aut folia algebut adusta.Et si fuerit magis inobediens illo administrentur medicine consolidantes vlcera maligna.

¶ De combustione aque calide. Capitulū.15.

Quandoqꝫ accidit vt effundatur olla feruens aut aqua calida super membrũ hoĩs:⁊ facit operationẽ ignis.¶ Et cõuenientius ei est vt succurratur statim anteq̃ vesicetur cũ eis que sunt sicut sandali ⁊ aqua ro.⁊ cãphora:⁊ nõ dimittanẗ exiccari:immo ꝯñter adhibeaẗ omni hora pãnus infusus in aqua frigida cõgelata:hͦ enim ꝓhibet ipꝫ vesicari.¶ Et quidã ꝑperant ⁊ rorãt desuper aquã oliuaꝝ aut aquam cineris:⁊ melius est vt teraẗ quodlibet amboꝝ cũ sauic:aut vnguentũ de calce:⁊ iteꝝ medicamen factũ de fimo colũbino predictũ est mirabile valde.¶ Et vlcera quidẽ curanẗ cũ porris elixatis aut exiccatis cõtritis ⁊ est melius:⁊ cũ reliqͥs que diximus in capl'o primo.

¶ De fluxu sanguinis ⁊ retentione eius. Capitulū.16.

Iam scitum est in li.primo q̃ qñ sanguis egrediẗ a venis non egrediẗ nisi aut pp apertionẽ orificioꝝ venaꝝ pp debilitatem in venis aut pp vehementiã repletionis:aut pp motũ fortem vsqꝫ ad vocẽ ⁊ saltum:aut pp vaporẽ accidentẽ venientẽ deforis:aut ꝑpter disruptionẽ eaꝝ ⁊ ipsaꝝ incisionẽ per cãm primitiuã incidentẽ ꝯtundẽtẽ:aut ꝑpter cãm corrodentẽ interius:aut vehementia motus cuꝫ repletione aut pp resudationẽ ab eis ꝑpter raritatẽ accidentẽ corpori venaꝝ ⁊ pãniculo eaꝝ.¶ Et ꝯueniẽtior venaꝝ ad hͦ vt currat qđ est in ea cũ inuenit viam est arteria.nã corpus eius est mobile:⁊ qđ est in ea qñqꝫ cõtrahiẗ ⁊ qñqꝫ expandiẗ.Et qñ nõ desuper coartaẗ loc⁹ eius post solutionẽ ꝯtinuitatis eius:⁊ inuenit vacuitatẽ peruenit res ad emborismũ qđ nominatur mater sanguinis.¶ Et arteria qdem lꝫ sit de illis que nominanẗ:tñ est de illis quorũ difficilis est incarnatio.Et multotiẽs quidẽ nõ incarnaẗ



arteria z incarnatur illud qđ cōtinet arteriā z coartat super eā:quare sanguis nō pōt facere cursū superfluū:imo egreditur ex eo aliqd vsq ad fines cutis.s.quātitas quā capit:z qñ alleuiat cū cōpositione redit z occultatur sicut accidit rupture:z fortasse remanet vena sola sub cute:z sentitur pulsus eius z ipsius successio: z multotiens accidit illud arterijs deintus z disrūpunt preter q disrumpatur cutis z congregat sub cute emborisma.s.apa leue ex sanguine z vētositate qđ possibile est quiescere cū compressione. ¶ Et hoc quidē multotiens accidit in collo z inguinibus z curuaturis per se:z multotiens accidit ex cā intrinseca aut ex flobotomia. ¶ Et multi medicorū existimant q oīs disruptio arteriarū perducit ad matrē sanguinis que quidē plurimū fit si incarnetur illud qđ est in circuitu eius z fiat apa notū:sed ipsamet nō incarnatur z res nō est ita. ¶ Ille quidē qui negauit incarnationē controuersatus est cū cōsideratione z experimento. Consideratione vero qm̄ vna duarū tunicarum arterie est cartilaginosa z cartilago non incarnatur. ¶ Experimento vero quoniam non visa est incarnatio. ¶ Et opposuit eis Galie.cum consideratione z experimento. Consideratio vero est rethorica z eius forma est q est inter incarnatum sicut caro z non incarnatū sicut ossa:quare oportet vt sit incarnata:sed est difficilis incarnationis:z testimonium quidem quoniam ipse narrauit se medicasse plures arterias z fuerunt incarnate:z hec quidem est res a qua nos iā expediti sumus. ¶ Nos vero dicemus nunc q dispositio pcessionis sanguinis a membris diuersificatur cum disrumpuntur sicut epar z pulmo:z de illis sunt a quibus paruū procedit sanguis z in vnaquaq duarum diuisionum sunt que sunt timorosa.z de eis sunt que sunt absq timore sicut emanatio sanguinis ex pulmone in qua est timor z ab vtrisq emanat sanguis plurimus:z de illis sunt sicut vesica z matrix z renes:ab eis enim non emanat sanguis plurimus valde summatim:immo quandoq multiplicatur cum longitudine spacij z peruenit ad successiones illaudabiles. ¶ Et diuersificatur dispositio flu.sanguinis ex arterijs: quoniam fit in quibusdam earum difficilis valde timorosus ex arterijs magnis que sunt super manus z pedes: et huiusmodi interficiunt ſm plurimum et non retinetur:et in quibusdā fit facilis sicut in arterijs cranei:retentio enim fluxus sanguinis earū est facilis et sufficit in eis constrictio sola:et multotiens quidem currit ex arterijs paruis sanguis:deīde retinetur per se. ¶ Et differentia quidē inter sanguinem arterie et aliorum cognoscitur:quoniam sanguis arterie egreditur cum saltu et impulsione et est vehementioris purpureitatis q̄ alius neq declinat ad nigredinem sanguinis vene et eius eēntie. ¶ Et scias q omnis cui accidit euacuatio et proprie sanguinea et proprie arterialis et superfluit et accidit ei spasmus est malum:et similiter si accidit ei singultus est mortalis. Quod si fuerit sincopis cū singultu:tunc mors est festina:et alienatio et permixtio rationis sunt male. Qđ si fuerit spasmus:tunc est mortale ſm plurimū.

¶De canone curationis fluxus sanguinis. Cap.17.

OPortet in curatione fluxus sanguinis vt incipiatur ⁊ retineatur: deinde cures vlcus eius si fuerit: ⁊ non est tibi possibile in eo cuius causa est fixa ex corrodēte ⁊ siliibus nisi ita vt auferatur causa: ⁊ si dispositio non tolerat vt auferatur causa est necessarium vt retineatur cum suis retentiuis: ⁊ sunt in causis que sunt ei ⁊ abscindūt sanguinē ⁊ currentem: ⁊ ille cause sicut scite in libro primo. Ueruz ego narrabo eas sꝫ modum festinationis. ¶Dico ergo ꝙ iste cause: aut sunt prohibētes in illo illud quod egreditur ab exitu: aut sunt aggregantes rē de illo aut res. ¶Et diuisio prima est conuersio ad partem aliam que aut fit cum attractione ad cōtrarium preter qđ fiat exitus alius: sicut ponunt ventose super epar ⁊ remouetur flu. sang. ex nase dextra: aut ita ꝙ accidit exitus alius sicut flobotomatur patiens fluxum sang. narium ex manu pertinente nari flobotomia stricta. ¶Retinēs autem sine exitu est illud qđ prohibet motum sanguinis ⁊ eius penetrationem: ⁊ est aut per cām ignientem: aut per causam stupefacientez: ⁊ stupefaciens quidem aut ē medicina: aut est dispositio corporis sicut in sincopi: ipsa eni multotiēs retinet sanguinem. ¶Causa autē retinens sanguinem in locis est opilans exitū: aut cum ligatura: aut cuz repulsione ex bucellatione: aut cū repulsione absqꝫ bucellatione: aut escara cū cauterio: aut medicina cauterizante: aut cū congelatione rei retente: aut cū inuiscatione: aut cū incarnatione: aut cū coartatione carnis circūdantis venas: quare opilat ipsum ⁊ claudit ipsum clausione vehementi. ¶Et oportet vt scias ꝙ quando associat vulneri apostema cū quantitate plurima huius nō est possibile ligare cū filis neqꝫ intromittere licinia neqꝫ strictura, laboriosa: ⁊ neqꝫ est possibile: tunc nisi administrare glutinationem ⁊ stipticitatem ⁊ stupefactionem ⁊ inspissationem sanguinis. ¶Et si est curatio ex strictura: aut fissura: aut propinquitate medicine: quando est dolor est mala valde: ⁊ omnis preparatio dolorosa est mala. ¶Et oportet vt preparatio sit aggregans duas res: quarum vna est defectus doloris: ⁊ altera est refrenatio partis cursus sanguinis: quare non adiuuatur cum appensatione ⁊ suspensione ⁊ fiat facilis processio sanguinis ⁊ eius exitus: ⁊ cū prohibent due intentiones declinetur ad leuiorez sm illud qđ presens est: ⁊ propinquius ad tolerandū in dispositione. ¶Et est necessarium vt narremus modū eius postq̄ scieris ꝙ primum quod oportet considerare est vt cognoscas an vena sit arteria: aut vena per signa sua: quare agas cum arteria ⁊ sis sollicitus plusq̄ sollicíteris ⁊ agas cū vena. ¶Amplius dicemus ꝙ de attractione vera ad cōtrarium nō ad exitum est necesse membro cum fricatione aut ligatione ⁊ strictura: aut cum ventosis. ¶Et oportet vt sit membrum communicans positum ex membro cognitio super extremitatem linee vnius cōtinuitatis inter ea ambo cum longitudine ⁊ latitudine: ⁊ eligitur de diuersificato in situ longitudinis: ⁊ latitudinis quodcūqꝫ amborum est longinquum ⁊ di-

mittitur quod est propinquum sicut sit in duob⁹ lateribus capitis: aut duobus lateribus manus: nam longitudo inter ista duo est propingor ꝙ illa ex qua oportet timeri nocumentum completum: ⁊ hec res exigit vt rememoremur illud quod in ea diximus vbi locuti fuimus in libro primo de canonibus euacuationis. ¶ Et oportet vt sint extensio ⁊ fricatio ⁊ his similia assidua ex eo quod est propinquius membro secundo: deinde descendatur ab eo: ⁊ oportet vt non expectetur in disruptionib⁹ arteriarum. ⁊ eis similium ꝙ sit hoc artificium sufficiens in retinendo fluxum sanguinis ⁊ adiuuans: ⁊ similiter est iudicium in flobotomia lateris cōmunis longinqui. ¶ Unus autem duorum modorum diuisiōis secunde ⁊ est causa stupefaciens est. verbi gratia. vt cibetur ille cui⁹ fluxus sanguinis narium multiplicatur: aut alius ab illo cibi grossi chimi ingrossantibus sanguinem sicut sunt lentes ⁊ iube ⁊ eis silia. ¶ Modus autem secundus est. verbi gratia. vt in potu dentur stupefacientia. Frigida vero exponunt corpus frigori ⁊ fortasse accidit sincopis ⁊ retinetur fluxus san. ¶ Modus autem predictus in diuisione alia ē: quoniam oportet vt obseruetur in eo capitulum vnum. ⁊ est quoniá fortasse arteria non est vna duarum que continuantur cordi: immo duorum laterum eius ita vt cū strinxeris eam inuenies eam firmiorem: imo fortasse continuatur cum latere altero ramus alterius arterie que accidit in eo: ⁊ adducit ad eam sanguinem preter viam quam strinxisti quare indiges stricturis duabus. ¶ Et ante illud oportet vt cognoscas partem que est principium vene: in quibusdam enim locis est inferius: et in quibusdam est desuper: ⁊ in quibus est superius sunt sicut in collo: ⁊ in quibus desuper sunt sicut in coxa ⁊ pedes. Et quádo cognoueris partem administra in ea ligaturam ⁊ stricturam. ¶ Et de regimine in illo est vt peruenias ad extrahendam venam cum vncino: ⁊ etiam cum incisione pauce carnis que velat eam ⁊ occultat ipsam: deinde inuolue eam: postea administra medicinas quas dicemus. Quod si fuerit pulsatilis: tunc melius est vt veles eam cuz filis lini. Et similiter si fuerit nō pulsatilis: verum tamen multotiens eleuatur sanguis eius. ¶ Cum ergo feceris illud: deinde annexueris ei medicinas: tunc dimitte ligaturam vsq; ad diem tertium ⁊ quartum tunc. ¶ Quod si videris medicinam glutinationem facientem adherentem loco eius: tunc non eradices eam omnino: sed pone in circuitu eius de genere ipsius aliquid quod madefaciat ipsam parumper. ¶ Quod si accidat ei processio ex seipso: quando tu auferes illud quod est super ipsum: tunc tene quod est sub loco in via itineris vene et preme pressione cum qua fiat securitas de saltu sanguinis: et eradica illud quod eleuatur de eo in loco suo et permuta illud cum alio: et sit preparatio tua quam facis membro in ista hora scđm ꝙ oportet: et est vt sit orificium eius magis imum ꝙ principium ita vt quando est. verbi gratia. in inferioribus intestini et matricis tunc sternatur stratum aliquod quod eleuet inferiora et deponat superiora scđm maiorem elongationem que est ex dolore

deinde dimitte ipsum tribus diebus: deinde annecte ei hunc modũ vsquequo eleuetur sanguis. ¶ Refrenatio aũt cum bucellatione non est possibilis nisi in arterijs magnis: fac ergo licinius ex pilis leporis: aut tela aranee: aut subtili cotto: aut panno lini veteri: deinde pulueriza super ipm medicinas prohibentes sanguinem: et mitte in ipsam arteriaz sicut bucellam: deinde stringe super ipsam ligaturam: et fortasse administra liciniũ ex pilis leporis solum et excusat sollicitudinez: et oportet vt stringas strictura adherente que nõ separet donec incarnet. ¶ Licinium vero ex se natura regit in extractione eius paulatim et expulsiõe eius aut alijs ab hoc. ¶ Impletio vero sine bucellatione est vt imponatur. verbi gratia. illa res in orificium eius ꝛ ligetur desuper preter penetrationem eius in venas: ꝛ vt retineatur cum eis que sunt sicut puluilli ꝛ ꝓpͥe spongia ꝛ cũ vittis fortis stricture stringentibꝰ ipsum cũ conuersione stricture q̃ est attrahens. ¶ Strictura vero pͥma oportet vt sit prope orificium: deinde inuoluat vadens retro ꝛ solue stricturaz gradatiz. ¶ Et scias ꝙ strictura puluillorũ ꝛ vittarum quando est debilis venit ex ea nocumentũ stricture ꝛ est attractio: ꝛ nõ ꝓuenit ex ea nocumentũ stricture ꝛ est retẽtio ꝛ impletio: opz ergo vt subtiliet in hoc caplo. Cuz ergo stringit strictura bona ꝛ stringit iterum ex latere diuerso declinat materia ꝛ resistit attractioni ex strictura. ¶ Et nõ opz vt perueniat cuz strictura ꝛ prohibitione nisi que sit infra dolorẽ nisi si illud fuerit necessariũ in primis: deinde mollifica eam paulatim. ¶ Et multotiẽs qdem opz vt suas figuram carnis ꝛ colligas labia eius ꝛ vittis tegas: multotiens eni sufficit collectio labioꝝ: ꝛ positio puluilloꝝ seruat ea colligendo venas ipsorum. ¶ Amplius stringe super medicinas puluerizatas rare: ꝛ inclina ante alguidegi quãdo cõtrahit vbi coartat apud principium suũ cum digitis vnius duarum manuum: deinde annecte ei medicinas ꝛ puluillos apud orificiuz eius cum manu altera. ¶ Impletio vero cum refrenatiuis prouenit: aut cũ strictura implentis in facie orificij eius cum manu altera non cessante retinere donec congeletur sanguis ꝛ fiat impletio: aut cũ re infrigidante valde que infrigidat sanguinem ꝛ congelat ipm in orificio eius: aut ꝓpterea ꝙ caro coartat locum sicut si incidat vena in latitudine ꝛ suspendatur ad duo latera in pͥma vice: quare claudit super eam caro ex latere ex quo currit: ꝛ hoc non fit nisi in loco carnoso. ¶ Et multotiens qdem accidit ꝙ necessarium est incidere ramum extremitatis vene vt sit introitus eius in profundum vehementior: deinde ponũtur desuper medicine: ꝛ multotiens accidit incarnatio meatus absq; matre sanguinis. ¶ Strictura aũt cum escara fit cũ igne ipso quando magnificatur timor: ꝛ fit cũ medicinis cauterizantibus sicut calce. ꝛ flore eris ꝛ generibus draganti ꝛ generibus arsenici ꝛ cymino etiam ꝛ similibus: ꝛ cum eo qđ est debilius quando puluerizatur super locum ꝛ stringitur ꝛ retinet. ¶ Uerum timor in illo est ꝙ escara est velocis eradicatiõis ex se ꝛ ex quolibet resistẽte ex eruptione sanguinis ꝛ qualibet aliaruz causarũ. ¶ Et quando cadit escara redit timor

alit timor novitis: ꝛ ppter illud preceperunt vt fiat cauterium cuȝ ferro vehementer ignito profunde ita vt faciat escaras profundas grossas: quarum casus non sit facilis ꝛ cadant in tempore longo in quarum similī caro iam est nata. ex cauterio nāq; debili prouenīūt escare debiles que cadunt ex qualibet causa ꝛ cum hoc facit accidere saniem ꝛ calefacit vehementer. ¶ Cauterium vero forte implet cum escaris fortibus ꝛ remouet rupturam ꝛ detumescere eam facit ꝛ contrahit eam. ¶ Et de cauterizantibus bonis temperati regiminis est vt sumatur albugo oui ꝛ aggregetur cum calce non extincta: ꝛ inuoluantur cum eo pili leporis aut ei similia ꝛ ponatur super locuȝ ꝛ stringatur. ¶ Et de bonis puenientibus ad vltimum multotiens est vt sumatur cyminum ꝛ calx ꝛ ponatur super locum ꝛ stringatur: ꝛ quādoq; superadditur eis colcotar: ꝛ genera draganti in hac summa sunt habentia stipticitatem cū cauterio. ¶ Calx vero est cauterium in quo non est stipticitas de qua sit curandum: ꝛ illud quod generatur de escaris cum cauterio in eo qđ habet stipticitatem est longioris fixionis ꝛ profundius. ¶ Et succus fimi asinini ꝛ substantia stercoris asinini sunt de illis que aggregant ad cauterium acuitatem ꝛ glutinationem. ¶ Medicine vero resistentes conglutinatione sunt sicut gypsum ablutum ꝛ glutinum decoctum: ꝛ amilum: ꝛ puluis molendini: ꝛ gumme: ꝛ thus: ꝛ resina: ꝛ item passe de vnis ipsis: ꝛ rane sunt huius generis sm̄ q̄ dicitur: ꝛ iterum stella scemius. ¶ Medicine vero retinentes cum exiccatione ꝛ incarnatiōe sunt sicut aloes: ꝛ cortex thuris: ꝛ sicut interiora passularum vue contrita valde: ꝛ galle cum oleo aliquo: ꝛ comburantur. ¶ Et quando completur inflāmatio earum extinguantur: ꝛ papyrus adustus ꝛ resina: ꝛ scoria ferri ꝛ stercus equi. ꝛ stercus asini adusta: ꝛ cinis ossium non ablutorum: quoniam abluta prohibent glutinationē: ꝛ spongia noua submersa in oleo aut vino: deinde aduratur: ꝛ pili adusti.

¶ De narratione medicinarum simplicium ꝛ compositaꝝ specierū diuersaꝝ fortium in ꝓhibitione fluxus sanguinis. Cap. 18.

Et de illis que dixit Galie. ꝛ narrauit bene ꝛ experta sunt post ipsum ꝛ inuenta sunt plurimi iuuamenti est vt sumatur de colcotar. xx. ꝛ de minuto thure. xvi. ꝛ de aloe ꝛ glutino sicco. aā. viij. ꝛ de arsenico. 4. ꝛ de gypso vehementer trito pulueriȝato vt atomi post cribellationem. xx. curetur cum eo pulueriȝando super licinia ꝛ spargendo super locum: quoniam est mirabile. ¶ Aut sumatur sarcocolla de mecha ꝛ aloes ꝛ sanguis draco. ꝛ ponatur super licinium ꝛ stringatur et aloes ꝛ thus solum cum pilis sm̄ q̄ sciuisti. ¶ Et iterum spongia adusta sicut diximus ꝛ later adustus: sumantur spongia ꝛ scoria plumbi et tutia ꝛ aleos: aut sumantur thus ꝛ aloes ꝛ sulfur aut thus ꝛ sulfur. et fiat puluis: aut administretur licinium cum albumine oui. ¶ Aut sumatur de colcotar. xx. ꝛ de thure aut minuto thuris. viij. ꝛ resine. viij. ꝛ

de gypso adusto.S.aut sumatur colcotar ꝛ de gypso adusto.S. ❡ Aut sumat colcotar eris vsti ꝛ calcadis ꝛ draganti adusti partes equales: ❡ Et de bonis ad fluxum sanguinis ꝛ proprie ex draganto est,vt sumat aloes.pars.i.ꝛ.5.primū amboꝝ in corpore graui:ꝛ ſm eoꝝ in corpore leui ꝛ corticuz thuris in corpore graui.dragma.i.ꝛ thuris ipsius grossi pinguis in corpore leui.pars.i.sint contenti super ea ambo. ❡ Aut sanguis draconis:ꝛ sarcocolla conficiantur cū albumine oui et ponantur super pilos leporis:ꝛ preparent ſm locū.

❡ Tractatus tertius de vlceribus.


❡ De sermone vniuersali de vlceribus. Capitulum primum.



Lcera gñant a vlceribus ꝛ ab exituris eruptis ꝛ a pustulis:ꝛ solutio continuitatis in carne qñ facit saniē ꝛ pus nominat vlcus. ❡ Et nō facit pus nisi ꝓpterea q͞ cibus q venit ad ea conuertit ad corruptionē,ꝓpter debilitatē membri:ꝛ qm̄ ꝓpter debilitatē suam resoluuntur ad ipm ꝛ attrahunt versus ipm superfluitates membroꝝ vicinantiū ei:aut ꝓpter vnguēta mollificantia membꝝ ꝛ linientia ipm cū humiditate sua ꝛ vnctuositate sua. ❡ Et qđ est de gñe pus subtile nominat virus:ꝛ qđ est grossuz nominat sordities:ꝛ est res spissa coagulata alba:aut ad nigredinē decliuis aut sicut fex. Et virus qdē non generat nisi ex subtilitate humoꝝ aquosoꝝ ꝛ ipsoꝝ calidoꝝ:ꝛ sordities generat ex grossitie humoꝝ: ꝛ virus qdē multiplicat cum generatione apostematis ꝛ virus eget exiccante:ꝛ sordities abstergente:ꝛ vlcera sūt apparentia ꝛ sunt hñtia ꝓfunditatē. ❡ Et vlcus qđ ꝓfunditatē hꝫ nō euacuat quin aut iam indurata sit caro circūdans ipꝫ ꝛ nominat fistula ꝛ est sicut canna penetrās in membꝝ aut nō indurat aliqđ ꝛ nomiat absconsio ꝛ cauerna. ❡ Et qñqꝫ dicunt quidam absconsionez illud qđ elongatū est sub cute ꝛ separat ab ea cutis:ꝛ cauernam illud qđ inflectitur sub carne ꝛ dilatat in ea. Sicūt qdam:imo dilatatum est cauerna ꝛ strictū ꝓfundū fistula:ꝛ non est contrarietas in nominatione. ❡ Et qñ est durities super vlcus apparens nominat vlcus ostracinū. ❡ Et fistula qdē mala est illa que nō sentit: ꝛ ſm q̄titatē elongationis eiꝰ a sensu erit eius malitia. ❡ Et de ipsa q̄daꝫ est equalis ꝛ de ea est quedam obliqua:ꝛ que vadit ad neruū dolet vehementer ꝛ ꝓprie quando tangit eiꝰ inferius cū tenta:ꝛ fortasse difficilis fit operatio illius membri ꝛ est humiditas subtilis tenuis sicut fit ad illa q̄ peruenit ad os: ꝛ qñ peruenit

a ligamentū est illud qd currit ppinquū illis. Verū dolor in ossuosa & ligamentali fortasse non magnificatur & humiditas que vadit ad os est subtilior & decliuior ad citrinitatē. ¶ Et ex perueniente ad venas & arterias multotiens egreditur fex: & quandoq; si fuerit tendens ad venā sanguis plurimus & ad arteriam sanguis subalbidus cū fluxu sanguinis & pcussione. ¶ Et ex ea que peruenit ad carnem currit humiditas viscosa grossa turbida cruda: & multotiēs sunt fistule orificia plurima cuius esse ambigitur & non scitur an sit fistula vna. ¶ Et multotiens effunditur in quoddam orificiorum eius humiditas habens tincturam. & tunc si fuerit fistula vna egreditur ex orificijs alijs color vnus qui est fistule. s. diuersus albus & tenebrosus & alius. ¶ Et vlcera quidem diuiduntur in speciebus diuisionū: & dicit q vlcerū quedam sunt que sunt dolorosa: & quedā sunt que sunt priuata dolore: & quedam sunt apostemosa & quedam sunt priuata apate: & quedam sunt mūda & quedā sūt imūda: & imunda qdem ppterea q in eis superfluit humor plurimus & humiditas copiosa q̄uis nō sint mala: & de eis sunt sordida: & de eis sunt minorata & de vlceribus sunt putrida. ¶ Et de rebus magis nociuis eis sunt meridies & humiditas aeris cū caliditate ipsius: & de eis sunt corrosiua & de eis sunt ambulatiua: & de eis sunt mollia aut dura aut frigida aut calida: & mollia sunt de vlceribus faciētibus cadere pilos ab eo quod sequitur ea. ¶ Et sunt q̄doq; de vlceribus quedam resudantia ex quibus resudat virus citrinum calidum. Et fortasse est calidum comburens quod est in circuitu eius & est malum mortificans: & de eis sunt difficilis consolidationis: & putrefactio est preter corrosionem q si fuerit erunt ambe ambulatiue: & fortasse corrodens est corrodens illud quod continuatur ei proprie propter acuitatem & absq; putrefactione & neq; est febris omnino. ¶ Verum cum ambulatiuo putrefactiuo multiplicatur feb. aut non separatur ab eo. ¶ Et Galienus quidem nominauit huiusmodi vlcera corrosiua ignem persicum & formicam ambulatiuam: & post vlcus putrefactum est compositum ex vlcere & ex egritudine putrefacta: & vnicuiq; eorum est dispositio. ¶ Et vlcera quidem dura incipientia ire versus viriditatem & nigredinem sunt mala: & vlcera frigida sunt mollia alba quiescentia propter medicinas calefacientes & calida ad rubedinem decliuia delectantur frigore. ¶ Et quando vlceribus malis associetur color corporis malus sicut albus plumbeus aut citrinus: tunc illud est significatio propter corruptionem complexionis epatis & corruptionem sanguinis qui venit ad vlcus quare fit difficilis eius consolidatio. ¶ Et vlcerum quidem quorum radices sunt acute: & cum quibus est pruritus superfluitates sunt acute: & quorum radices sunt late albe pauci pruritus illorum complexiones sunt frigide. ¶ Et vlcera generata successione egritudinū sunt mala: qm̄ natura expellit ad ea residuū corruptionis superfluitatū. & vlcera deijciētia pilos ab eo qd̄ seqt ea sūt mala. ¶ Et meliores significatiōes sigñtes salutē vlcez & vulnez sūt cū i. succedētia coz declinia sūt

ad saniez. ¶ Et dicitur in signis mortis velocis cũ sunt homini aposte-
mata ⁊ vlcera leuia ⁊ destruitur eius ratio moritur. ¶ Et malignorum
quidem vlcerum cause sunt quandoqꝫ vulnera obuiantia superfluita-
tibus malignis corporis: aut regimini corrupto: ⁊ quãdoqꝫ sunt sequē-
tia pustulas malas: quare fiunt ab eis festinantia ad vlcerationem post
pustulas ⁊ significat malignitatem vlceris eius putrefactio ⁊ ipsiꝰ am-
bulatio ⁊ corruptio eius quod est in ipsius circuitu: ⁊ difficultas sana-
tionis in seipso cuz rectificatione curationis exhibite ei. ¶ Et meliores
significationes significantes salutem vlcerum: ⁊ vulnerum sunt cuz in
successionibus eorum est sanies que est cum medicina faciente pus ⁊ ex
operatione nature: illa enim operatio nature est ſm cursum naturalez
⁊ non generatur sanies nisi a digestione naturali: ⁊ non associatur ei
malum ex accidentibus vlcerum malorum: ⁊ proprie sanies laudabilis
alba lenis equalis que consecuta est complementum digestionis: ⁊ neqꝫ
associatur ei fetor cum in ea non fit putrefactio. ⁊ fortasse non euacuat
a fetore paruo sanies cui accidit cum adiutorio caliditatis innate et al-
terius extranee. Et nos quidem iã locuti fuimus de sanie in locis alijs.
¶ Ulcera autem que accidere faciunt spasmũ et vlcera putrefacta scro-
fulosa et algeromati et corrosiua et cancerosa: et que eoruz cursu currũt
sunt in quibus non generatur sanies: immo quando apparet in vlcere
sanies et apostema est signum bonum cum quo non timetur spasmus
et permixtio rationis et his similia: quãuis sint in loco quod facit illō
necessarium sicut sunt membra posteriora et anteriora et nisi res ptran-
sierit terminum. Quod si apostema occultetur subito et redeat nõ sol-
uetur per pus aut ei similia. ¶ Amplius sunt vicinantia membris ner-
uosis sicut vlcera dorsalia: quoniam sunt in vicinitate dorsi et nuche: et
vlcera que cadunt in anteriore parte coxe et genu: quoniam ipsa iteruz
sunt sicut lacerti neruosi: in quibus res conuertitur ad spasmum et p-
mixtionem rationis etiam. ¶ Si autem euenit in mẽbris neruosis: plu-
rimum quorum est in antecedente extensionis corporis timetur aut cur
sus sanguinis si ceciderit in medietate inferiori extensionis: similiter ti
metur ex eis quandoqꝫ permixtio rationis: et timetur ꝙ cadat pleure-
sis et saniositas post ipsam: aut ꝙ proueniat sputum sanguinis si ceci-
derit in medietate superiore eius: et tu iam sciuisti intentionem sanio-
sitatis in pectore ex libro tertio. ¶ Et quandoqꝫ timetur in eis iterũ per-
mixtio rationis. ¶ Et de signis bonis in vlceribus est vt in circuitu eo-
rum nascantur pili qui ceciderunt. ¶ Et corpora susceptibiliora cura-
tionis vlcerum sunt que sunt melioris complexionis et paucioris hu-
miditatis superflue cum inuentione sanguinis boni in eis. Illa vero
que sunt multe humiditatis aut siccitatis sunt tarde suscipientes recti-
ficationem vlcerum: quãuis humida sicut infantium sint susceptibilio-
ra ꝙ̃ sicca: sicut senum: et proprie quando complexio est radicalis sicca
priuata sanguine mundo et accidentalis humida mollis: sicut in seni-
bus iterum: et propter illud iterum fit in ydropicis curatio vlceruz co-




al.

rum difficilis:et in pregnantibus iterum propter retentionem super-fluitatum earum:propterea q ipsarum menstrua retinentur. Sed in senibus non sanantur eorum vlcera propter illud et propter paucitatez sanguinis eorum boni. ¶ Et quandoq3 sanantur vlcera:deinde rescinduntur:quoniam non generatur in eis caro nisi ante mundificationē: quando ergo retinetur in eis superfluitas non munda:oportet inde vt corrumpatur continuitas proueniens secundo. ¶ Et quandoq3 existimantur fistule propterea q accidit eis dispositio exiccationis et retentionis prohibentis respirationem q ipse sunt sanate:quoniam earum dispositio ē similis saluti sicut diximus:deide rescinduntur pp̄ter quēlibet motum et commotionem et tussim et offensionem et malitiam iacendi et alia. ¶ Et de vlceribus in quibus nascitur caro quedam sunt in quibus nascitur caro addita:et queda3 in quibus non nascitur illō: et illa in quibus generatur caro addita sunt illa in quib9 fit festinatio nascentie carnis ante mundificationem:et illa in quibus non nascitur illud sunt illa in quibus non nascitur caro nisi post mundificationez. ¶ Cum ergo prolongatur spatium vlceris et corroditur et putrefit et destruitur de substantia eius res plurima:tunc non expectatur consolidatio eius nisi fm profundum. Et proprie quando vlcus est antiquū retinens spatium anni:et proprie quando est disruptum et incipit ex eo disruptio. f. fistula:et antiquum necesse est vt educat os ex ossib9 que eis sunt vicina. ¶ Et vlcera quidem melancolica non sanantur nisi ab eis auferatur tota eorum corruptio vsq3 ad carnem et ossa sana. ¶ Et cause que cum accidunt corrumpunt vlcera sunt debilitas virtutis membri. quare recipiunt omnem materiam:et malitia complexionis membri:⁊ malitia eius quod aduenit ei de sanguine aut in qualitate aut in quantitate. ¶ In qualitate vero plurimum eius est propter malitiam cōplexionis epatis:et color est in eo decliuis ad albedinem plumbeam aut citrinitatem:aut propter splenē et est color ad nigredinem et alterationē decliuis et lentiginositatem:quare est cum eo malitia omnium humorꝝ in corpore. Et huiusmodi quidem preter hoc q ex ipso non acquiritur quod conuertatur in carnem nocet per illud quod conuertitur ad ip̄m de superfluitatibus. ¶ In quantitate vero. q: additur aut diminuitur: quare non inuenitur cum quo caro vlceris generetur. Et est vlcus clarum mundum properans ad escaram:et nescitur si est corpus mundu3 pauci sanguinis:aut est propter ostracositatem que accidit parieti ei9 ⁊ margini ipsius:aut pp̄ter dilatationē venaꝝ que adueniunt ei:aut propter corruptionē eius incipientem versus tenebrositatē ⁊ viriditatez ⁊ nigredinē:aut pp̄ter mēbrū male cōplexionis qd vicinat ei. ¶ Et vlcera qdē praue curationis ⁊ eis similia sunt interficientia infantes nō tolerantes vehementiam dolorum ⁊ vlcerum:⁊ difficultatem curationis eorum ⁊ ipsorum prauitatem.

¶ De canone curationis vlcerum. Cap. 2.


S Cias q oia vlcera indigēt exiccatione quada3 preter facta ex at-

tritione lacertorum ⁊ ipsorum contusione. Ista enim indigent in p̄mis
vt mollificentur ⁊ humectentur. ¶ Et cum hoc ꝙ indigent vlcera in do
minatiore dispositionum exiccatione indigent quandoqꝫ dispositioni-
bus alijs mundificationis ⁊ abstersionis ⁊ aliorum consequentibus vl-
cera preter ipsa vlcera. ¶ Et quanto plus est vlcus maius ⁊ profundi⁹
indiget exiccatione vehementiore ⁊ vt aggregentur labia eius vehemē
tiori perscrutatione: ⁊ fortasse est tibi necessarium suere ea. ¶ Et consi-
dera ex dispositionibus necessitatis ad perscrutandum in illo ⁊ eis si-
milibus illud quod diximus in ca. vulnerum. ¶ Et scias ꝙ vlcera for-
tasse indigent in curationibus suis administratione medicinaruꝫ qua-
rum quedam sunt currentes penetrantes ⁊ que inijciuntur profundan
tes: ⁊ tunc necessarium est vt sint vnguenta ⁊ eis similia: quare oportet
tunc vt sit illud quod apparet humidum ⁊ quod occultum est siccum:
⁊ proprie in illis que sunt ad fistulam oportet vt sit siccitas orificiorum
eius vincens humiditatem substantie eius vehementer. ¶ Et est quidē
quandoqꝫ necessarium vt earum medicine permisceātur cum eo quod
currit vt fiant viscose adherentes. Scias ergo illud iteruꝫ in eis. ¶ Et
scias ꝙ vlcera indigent ligaturis ⁊ strictura ꝑpter tres modos. Quo-
rum vnus est vt currat sordities: quare oportet vt sit fortitudo strictu-
re eius apud eius orificiuꝫ vt ipsius expressio bona fiat. ¶ Et scd̄s est vt
seruetur medicamen incarnatiuum super vlcus: ⁊ non indiget strictu-
ra vehementi. ¶ Et tertius est ad incarnationem labioruꝫ: ⁊ oportet vt
non sit strictura in ipso mollis apud duo labia: immo complicata com
plicatione vehementi. ¶ Et non oportet vt cum ligatura perueniatur
ad lesionem: ita vt apostemetur: ⁊ oportet vt sit adiuuans in prohiben-
do apostema: quoniam non est possibile cum apostemate vt curetur vl-
cus. ¶ Et si non est tibi possibile vt prohibeas ⁊ apparet apostema: tūc
occupatus sis cum apostemate ⁊ cura eius quodcūqꝫ apostema fuerit
cum obseruatione ipsius vlceris vsqꝫ quo separaueris ex curatiōe apo-
stematis: ⁊ tunc remanebit sola obseruatio vlceris. ¶ Et similiter quā-
do corrumpitur quod est in circuitu vlceris ⁊ viridescit ⁊ nigrescit cu-
ra illud cum scalpellatione ⁊ extractione sanguinis: ⁊ si etiam cū ven-
tosis: deinde adhere ei spongiam siccam postea medicinas exiccantes.
¶ Et cum separatur vlcus aut inuenis vlcus purum: tunc oportet vt
obserues in primis an ex corpore aliquid ad vlcus effundatur aut non
effundatur: immo iam sit abscissum. Quod si nihil effundatur ad ip̄m
sit intentio tua in medicando ipsum: ⁊ si aliquid effundatur ad ipsum
sis sollicitus in eo quod ad ipsum effunditur ex flobotomia aut solu-
tione ventris aut vomitu: quoniam vomitus quandoqꝫ confert etiam
in hoc: ⁊ Hypoc̄. testificatur de eo. ¶ Et si in vlceribus fuerint frusta
ossium ⁊ panniculi aut alia non properes in extrahendo ea: sed fac
illud quod diximus in capitulo ossium. ¶ Et primum quidem quod
oportet te preparare de esse vlceris est apertio cum medicinis su-
is: deinde mundificatio cum medicinis suis; deinde nascentia car-



nis ꝛ consolidatio. ¶ Et si inueneris vlcus munduz equale quod non habet profunditatem: tūc consolidatio tantū fiat cū eo qđ non habet mordicationez. In sordidis vero necessariū est abstringens mordicās. Et in primis cum curant indigent mordicatione: quoniam sensus non sentit ipsum deinde gradatiz perueniatur ad illud qđ est leuioris mordicationis vsqꝫ quo sentiat hora nascentie carnis. ¶ Et caue in omnibus illis ne dolere facias quantum potes ꝛ proprie quando est illic caliditas ꝛ inflammatio. ¶ Et oportet vt remoueas causas prohibentes a consolidatione: ꝛ sunt cause quas numerauimus ꝛ diximus q̄ declinant cū vlcere ad malitiam. nam si tu curaueris eas in primis non eris vacans ad curationez vlceꝝ sicut oportet: immo non erit tibi possibile. ¶ Et multotiens qdem rectificata est complexio membri ꝛ sufficit in rectificatiōe vlceris. ¶ Et multotiens est vlcus molle super qđ orit caro mala q̄ est in seipsa ad rubedinem ꝛ calefactionem decliuis. ergo curetur cū epithimatibus infrigidantibus carnem circūdantem ipsum sicut succus solatri cū bolo ar. ꝛ aceto ꝛ epithimata de sandalis ꝛ cāphora infrigidata cum niue: q̄re non cessat consolidari vulnus ꝛ constringi. ¶ Et oportet vt in vlceribꝫ dolorosis q̄ sunt vehemētis dolorosis sis occupatus in primis in sedando dolorem ꝛ illud cū mollificatiuis q̄ tu scis proculdubio: ꝛ q̄uis sint contraria vlceri: verūtamē cum non sedatur dolor non preparatur nobis vt curemus: cū ergo sedauerimus consequemur. ¶ Et vlcera qdem sordida indigent vt mūdentur ꝛ sunt illa quoꝝ humiditas ꝛ qđ ex eis currit est plurimuz: ꝛ forsitan mundificant cū melle ꝛ fortasse mūdificant cū pulueribꝰ ꝛ vnguentis: ꝛ qn̄ non mundificat non est possibile vt obuiet eis medicamen puruz vsqꝫ ad corpus coꝝ ꝛ proprie puluere: quare opꝫ vt mūdificentur: deinde nascatur caro: ꝛ in mūdificante qdem est abstersio plus sicut sciuisti ante. ¶ Et fortasse oritur caro mala quare est necessariū vt corrodat cuz medicamine acuto ꝛ liniatur deforis cū infrigidantibus deinde eradicet cū eo quo eradicatur escara: deinde curetur. ¶ Et medicamen quidem vnum sꝫ quedam corpora facit nasci carnem ꝛ sm quedam coꝝ est corrosiuuz vehementis abstersionis cum corpora illa sint leuia valde: aut est sm quedam eorum non abstergens neqꝫ faciens nasci: ꝛ ppter illud eget medicamen vt confortetur aut frangendo cōmixtionem eius aut minuēdo eius vnctuositatē aut iniūgendo ei medicamē aliud in quo sint exiccatio ꝛ abstersio ꝛ in corpore alio est per cōparationez ad ipsum corrosiuū indigens vt minuatur de pondere eius aut addatur in vnctuositate eiꝰ aut adiungantur ei stiptica aliqua. ¶ Digniora ergo vlcera vt confortetur eorum medicamen sunt illa quorū difficilis est cōsolidatio. ¶ Et de illis que sunt necessaria est vt dimittatur medicamen super vlcꝰ tribus diebus: deinde dissoluatur: nam si ipsum tunc non operatum fuerit non faciet suam operationem. ¶ Et oportet vt elōget oleuz qđlibet ab vlceribus. qꝫ si fuerit necessariū tūc sit oleū de kerua ꝛ oleum myrtinum ꝛ oleum masticinū. ¶ Et cū ibi nō est nisi vlcus: tūc oportet vt al-

leuief insensibili membroꝝ nō tolerantiū ipsum ⁊ caueaf a doloratiō eius cū medicamēto forti. In illo vͦo qđ est parui sensus nō abstineat necessaria medicatiōe. ¶ Et intrinseca qdē ⁊ sublimia preciosa ⁊ mult iuuamenti ⁊ suscipientia nocumenta velociter sunt de caplo sensibili iudicio eius ⁊ eoꝝ contraria sunt de caplo insensibili: aut quoꝝ sensus est debilis. Et ꝓpter huiusmodi causam non sufferūt vlcera intrinseca ea que sunt sicut flos eris ⁊ eis similia ⁊ ꝓprie ea que bibunf: ⁊ indigē illis que faciūt glutinationez plus sicut dragagantum ⁊ gummi. ⁊ illa quibus clysterizaf indigent eo qđ est inter duas res. ¶ Et de illis que recta sunt in curatiōe vlcerū est vt quieta sint membra eoꝝ ⁊ nō moueant ⁊ si mouenf in principio motu paruo minus nocumētū est qꝫ si moueatur post principiū motu labonoso ⁊ proprie in corpore maloruz humorum. ¶ Et opꝫ vt timeaf in vlceribus qꝫ cadat ex vicinitate eoꝝ incarnatio inter duo membra vicinantia sicut adherentia que accidit inter palpebrā ⁊ oculū ⁊ inter duas palpebras ⁊ inter duos digitos. ⁊ cauerne ⁊ absconsiones sunt velocis conuersionis ad fistulas. ¶ Et vlcera quidem vicinantia arterijs ⁊ venis magnis perducunt ad apostema illud qđ vicinaf eis de carne molli sicut testiculi ⁊ subascelle ⁊ qđ est post aurem sicut perducit scabies ⁊ ei similia de his que diximus ꝓpter illam eandem causam ⁊ ꝓprie quando corpus est plenum mala superfluitate. ⁊ tunc quidem vehemens fit dolor ⁊ peruenit ad vlcus. quare oportet vt curef illud cum mundificatione corporis. ⁊ cum eo qđ est dcm̄ in caplo. ¶ Et dū mundificaf apostema non speraf eius curatio. ⁊ est necessarium in huiusmodi vt tuearis vlcus ex nocumēto cum basilicon ⁊ ei similibus si corpus fuerit mundificatum: ⁊ ponas inter ipsuz ⁊ inter membrum qđ distinguat ⁊ ꝓhibeat nocumētum peruenire ad vlcus in omni dispositione. ¶ Et opꝫ vt audias sermonem cōmunem ⁊ est qꝫ de illis que sunt neĉaria est vt sit illud quo curaf vlcus aut ꝯueniens aut inconueniens: ⁊ conueniens lꝫ non conferat in dispositione tamen nō associat ei nocumentum. ⁊ incōuenientis diuersificatio aut est quoniaz ipsum est debilius ⁊ significat illud additio eius quod est contrarium ei qđ ex ipso expectatur de exiccatione aut mūdificatione aut alijs preter corruptionem aliam: quare opꝫ vt addaf in virtute eius. ¶ Aut est diuersitas ꝓpter modos alios sicut qr ipm̄ calefacit vltra qꝫ necesse sit ei quare facit accidere rubedinem ⁊ inflammationem. quapropter opꝫ vt minuaf de fortitudine eius ⁊ extinguatur de inflāmatione eius cum emplastro infrigidante: aut declinat cum eo ad nigredinem ⁊ obfuscationem. quare scif qꝫ infrigidat ipsum aut non calefacit ipsum mensura qua indiget. ergo opꝫ vt addaf in vͦtute calefactionis eius. Aut mollificat ipsum quare indiget vt addaf in virtute stiptici ⁊ exiccatiuorum sicut sunt balaustie ⁊ galle ⁊ ei similia que exiccant vt succurratur cum exiccatione eoruz de illis de quibus diximus tibi. ¶ Aut corrodit ⁊ ꝓfundat ipsum sicut ostensum est: quare opꝫ vt frangatur fortitudo abstersionis. ¶ Et multotiens quidem non conuenit medicamen propte-



rea q complexio infirmi est superflua in capitulo eius cuius medicamen oportet esse fortius in contrahendo illud capitulū adeo donec reducat ipm ad cplonē suaz: aut debilis in caplo cuenienete ei.

¶ De curatione vlcerum virulentoꝝ. Cap. 3.

Necessarium est vt in eis administrent medicine exiccatiue vt mūdificet virus: deinde fit occupatio innascentia carnis. ¶ Quod si fuerint mollia: tunc administrentur super ea medicine ad faciendū nasci eorum profunditatez ꝛ ipsorum margines propter debilitatē corporum illoruz vlcerum sed oportet vt exiccentur in primis deinde administrentur. ¶ Et cum tu administraueris medicamen ꝛ non inueneris humiditatem minui aut videris eam augeri: tunc scias q medicamen sm illud corpus non est exiccatiuum: quare adde in confortatiōe eius ꝛ ipsius exiccatione ꝛ adiuua ipsum cum abstersione pauca. sicut est mel. verbi gratia: ꝛ medicinis stipticis sicut sunt balaustie ꝛ alumē. ꝛ minora de virtute olei ꝛ pone ipsum oleum in quo sit exiccatio. Qd si videtur vlcus iam superfluere iterū in exiccatione tunc minue de virtutibus omnibus. s. exiccatione ꝛ abstersione ꝛ stipticitate: ꝛ serua hoc preceptum in medicinis facientibus nasci carnem vlcerum ꝛ nō faciat te errare quidam et est vt sit medicamen magis abstersiuum q̄ oportet quare corrodit membrum et resoluit carnositatem eius ad humiditatem currentem quam existimas virtus et addis in virtute abstersiōis. ¶ Et huiusmodi quidem medicamen ponit vlcus profundius et calidius et magis simile cū apostemoso: et sentit infirmus mordicationem manifestam. ¶ Et scias q medicinarū exiccantiū vlcera quedam sunt que sunt vehementis infrigidationis sicut iusquiamū album et opiuz et radix mandragore: et quedaz sunt vehementis calefactionis sicut resina et pix. quare tibi inest vt temperes vnam carū cuz alia et sm oppositionem alicuius complexionū particulariū. ¶ Et medicine quidem mūdificantes virus sunt iste medicine exiccatiue sicut alumen et galle et cortices granatorum et cortex thuris et merdasengi et farina ordei ꝛ ei⁹ sauie et flores papauc. ruffi et folia arboris salicū. Cū ergo fit empls cū folijs nucis recentis et fit emplm cū nuce sicut est aut decocta cū vino confert valde et exiccat humiditates absq3 nocumento. ¶ Emplastrum bonum: sumatur merdasengi et imbibat aceto vice vna et vice alia oleo donec albescat: deinde sumatur antimonij et calcucecaumenon et venarum et gallarum et balaustiarum: et sang. dra. et aluminis et climie argenti omnium partes equales: terantur bene: et sit de vnoquoq3 sexta pars eius qd preparatū est de merdasengi: et misceant oia: et administrent medicine q̄s dicemus in antidotario in vlceribus profundis. ¶ Et de illis est aq̄ maris. Aq̄ vero aluminis abluit et repercutit et exiccat. ¶ Et omnes iste medicine predicte nūc nocent si cū vlcere est apa. ¶ Et aq̄ in q̄ decocta sunt ciperi est bona ad exiccationez: et decoctio myrabolanorum citrinoꝝ et bellyricorū. et emblicoꝝ ꝛ decoctio ceterach et folia ascedre sunt bona in illo.

¶De curatione vlcerum sordidorum. Caplm.4.

